

PA 4276
.L94
Copy 1

DE ELOCUTIONE PINDARI.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA FRIDERICIANA

CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XIV. MENS. SEPT. A. MDCCCLIII.

H. L. Q. S.

UNA CUM THESIBUS

PUBLICE DEFENDET

EDUARDUS LÜBBERT

SILESIUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCEPERUNT:

ARNDT, DR. PHIL.

TODT, CAND. PHIL.

WINTER, CAND. PHIL.

HALIS SAXONUM

TYPIS GEBAUERIO - SCHWETSCHKIANIS.

1853

PA4276
La 4
copy 1

AVUNCULO CARISSIMO

G U I L E L M O O E L S N E R

HUNC LIBELLUM GRATI ANIMI TESTEM

CONSECRAT

^{sc}
AUCTOR.

2010 RELEASE UNDER E.O. 14176

1200 1300 0000 1000

1200 1300 0000 1000

1200 1300 0000 1000

1200 1300 0000 1000

CAPUT PRIMUM.

DE PINDARI GENERE DICENDI.

Omniū pulcherrime, quemadmodum par fuit poetam a poeta laudari, Horatius Pindari ingenium praedicavit [Carm. IV, 2, 1—27.] eiusque sublimitatem et grandiloquentiam, quam nullus imitatorum conatus consequi possit, illustrat imagine grandiore et magnifica hac v. 5.

Monte decurrens velut amnis imbris
Quem super notas aluere ripas
Fervet immensusque ruit profundo
Pindarus ore.

Haec primarius Romanorum poeta de lyricorum principe. Neque si qui primoribus labris Pindari carmina attigerunt, inter eos inveniri suspicor quos fugiat sensus pulchritudinis plane singularis et divini spiritus, cuius afflatus hic poeta concitatus ultra captum vulgarem evolavit. Nimurum cuius vox ad aures tyrannorum potentissimorum et regum fastidiosas sic accidit, ut omnibus esset acceptus ac tota fere Graecia gravissimum coleret admonitorem, is profecto habuit a Musis propitiis ingenium miris modis ad animos permovendos et abripiendos comparatum. Iam tanta tamque admirabilis cogitandi sentiendique sublimitas cum fieri non posset quin dicendi genus pareret sibi prorsus conveniens atque congruum, Pindarus reiecto tenui polito vel acuto compositionis genere, quod animos magis delinit iisque blanditur quam concutit et incendit, alterum illud grave, copiosum, magnificentum secutus impetu magno rapide fertur,

cuius incessus omnes in admirationem abripit. Huc etiam referendum quod veteres existimatores Pindaro tribuunt τὴν αὐστηρὰν ἀρμονίαν, eam qua Aeschylus quoque usus est. Dionys. Halicarn. ed. Sylb. de compos. verbis. Tom. II. p. 22. 45. ταύτης δὲ τῆς ἀρμονίας πολλοὶ μὲν ἐγένοντο ζηλωταὶ, ἐν δὲ μελοποιΐᾳ Πίνδαρος, ἐν δὲ τραγῳδίᾳ Αἰσχύλος ... ροάτιστοι γὰρ οὗτοι τῆς αἰστηρᾶς ἀρμονίας. Austero autem dicendi generi convenit severa et aspera compositio, unde sublimitas et magnificentia oritur [σεμνότης καὶ μεγαλοπρέπεια], habetque colorem et habitum vetustatis quasi squalore et situ obductum [l. l. p. 22. 44. τὸν ἀρχαισμὸν. p. 187. 8. πίνον ἀρχαῖον φυλάττονσα. p. 166. 10. χροῦς τῆς ἀρχαιότητος. p. 186. 7. χροῦς ἀρχαιοπινῆς], mixtum acerbitate quadam non iniucunda [l. l. p. 68. 43. πικρία μεθ' ἡδονῆς. p. 23. 18. πικρινεῖ τὰς ἀκούας μετρίως]; idem numeris utitur elatis masculis magnificis [l. l. p. 186. 31 ὁνθμοὺς ὑψηλοὺς καὶ ἀνδρώδεις καὶ μεγαλοπρεπεῖς], orationis autem membris simplicibus solutis generosis [κῶλα εὐγενῆ καὶ ἀπλᾶ καὶ ἐλεύθερα]. Quae virtutes cum in Pindari carminibus inprimis eluceant, ad hunc illius generis principatum iudices intelligentes detulerunt. Velut Quintil. X, 1, 61. „Novem lyricorum longe Pindarus princeps spiritus magnificentia, sententiis figuris beatissima rerum verborumque copia“. Et Antipater Sidonius in eleganti epigrammate sepulchrali, quo Pindari memoriam celebrat, dictionis vim et graves numeros praeclare illustravit:

Πιερικὰρ οάλπιγγα, τὸν εὐαγέων βαρὺν ὑμιτων
Χαλκεύταν κατέχει Πίνδαρον ἄδε κόνις.

Verum scite et perite fecit poeta quod in Partheniis et quaecunque his similia sunt ad mitiorem et minus austoram orationis formam descendit, ut tamen sublimitatem et generositatem retineat. Testis est Dionys. Halic. Tom. II. p. 187. 4. τὰ παραδείγματα δὲ αὐτῆς [τῆς αἰστηρᾶς ἀρμονίας] ποιητῶν μὲν καὶ μελοποιῶν ἡ τε Αἰσχύλου λέξις ὀλίγον δεῖν πᾶσα καὶ ἡ Πίνδαρον χωρὶς ὅτι μὴ τὰ Παρθένεια καὶ εἴ τινα τούτοις ὅμοια· κάν τούτοις εὐγένεια καὶ σεμνότης. Idem egregium merae et sincerae austeritatis

exemplum p. 23. 8. exscripsit Dithyrambi Pindarici Fragmentum [apud Boeckhium tertium], quod postquam ad huius dictionis normam accurate quidem sed in singulis litteris et vocibus paullo argutius exegit, hanc quasi summam proponit: *Τυῦρ ὅτι μὲν ἐστιν ἴσχυρὰ καὶ στιβαρὰ καὶ ἀξιωματικὰ καὶ πολὺ τὸ αὐστηρὸν ἔχει, τραχύνει δὲ ἀλύπτως.... ἀναβέβληται δὲ τοῖς ϕόροις καὶ διαβέβηκεν ἐπὶ τὸ πολὺ ταῖς ἄρμονίαις καὶ οὕτε θεατρικὸν δὴ τοῦτο καὶ γλαγνὸν ἐπιδείκνυται κάλλος ἀλλὰ τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖτο καὶ τὸ αὐστηρὸν, ἀπαντεῖ ἀν οἰδ' ὅτι μαρτυρήσειαν οἱ μετοίαν αἴσθησιν ἔχοντες περὶ λόγους.* His simillima inveniuntur apud eundem in veterum scriptorum censura ed. Sylb. Tom. II. p. 68. 42. Verum optimus ipse de se Pindarus testis, qui quam divitem venam quamque divino spiritu repletum ingenium accepisset bene sibi conscientius fuit. Itaque carminum sententias paulo reconditiores illas et tam artificiose structas, ut minus apertae et intellectu faciles accident, vocat Olymp. II. 83. [ed. Boeckh. sec.] *Ωνέα βέλη· ἐς δὲ τοπὺν ἐρμενέων χατίζει.* et Nem. IV. 6. *Ρῆμα — δὲ τι νε σὸν Χαρίτων τίχα γλῶσσα γρενὸς ἔξελοι βαθείας.* Vigorem autem et velocem impetum significat Nem. V. 20. *ἔχω γονάτων ἐλαγρὸν δρυμάν:* unde cum aquila sese comparat Nem. III. 80. Olymp. II. 88.

Pindaro autem viro ingenii masculi et generosi quem decebat os profundum et magna sonaturum [Hor. Sat. I. 4. 44.], plane contraria erat Simonidis, Pindari dum vivebat aemuli, natura flexibilis acuta subtilis, cui genus conveniebat tenuer illud et iucundum, quod veteribus rhetoribus est γλαγνὸν καὶ ἀνθηρὸν ἄρμονία. Dionys. Halic. I. I. p. 26. 22. *Αεὶ δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ πρωτείσαντας καταφύγασθαι· ἐποποιῶν μὲν οὖν ἔγωγε μάλιστα τομῆτον τὸν χαρακτῆρα ἐγράψασθαι Ἡσίοδον· μελοποιῶν δὲ Σαπφὼ καὶ μετὰ ταύτην Ἀραιόεστα καὶ Σιμωνίδην.* Haec compositio omnem severitatem et sublimitatem reformidat [I. I. p. 26. 18. οὐδὲ σεμνότης οὐδὲ βάρος πρόσεστιν], floribus comptae orationis utitur [I. I. p. 187. 19. θεατρικὴ εὐφωνίαν θηρωμένη, λεῖα], figuræ aucupatur

luxuriantes et nitidas [l. l. p. 26. 18. σχήμασι τρυφεροῖς καὶ μαλακοῖς].

Hinc Simonideorum carminum compositionem ad solutam orationem proxime accedere statuit Dionys. Halic. de comp. verb. p. 31. 12. et 32. 18. Saltem ab hymnorum epinicionum severa castitate longe recedit arguta quaestio, qualem iusto subtilius poeta Ceus carmini in Scopam intexit [Fg. XII. ed. Schneidew.], Pittaci reprehendens vocem „χαλεπὸν ἐσλὸν ἔμμεναι“, cum multo rectius sic ponendum esset: [v. 1. v. 6 sqq.] χαλεπὸν ἀγαθὸν γενέσθαι. Hacc et similia ut genus dicendi summissius et humilius utcunque decent, ita in Pindaro frustra quaesieris.

Quo tamen melius cognoscatur quid sit cur in Pindaro verborum pompa, in Simonide mellita suavitas laudetur, non inutile erit nec iniucundum hanc ingeniorum diversitatem exemplis utrinque allatis illustrasse circumspicienibus autem ultro sese offerunt utriusque poetae versus, quibus gloriam perhibent egregie factorum pulcherrimum et nunquam interitatum monumentum esse. Pindari locum imitatus est Horat. Od. III. 30. v. 1—5.

Simonides igitur Encomio in Lacedaemonios qui apud Thermopylas ceciderunt, Fg. IX. ed. Schneid.

*Τῶν ζε Θερμοπύλων θαυμάτων
Εὐκλεῆς μὲν ἡ τύχη, καλὸς δὲ πότμος,
Βωμὸς δὲ τάφος, πρὸ γόνων δὲ μνᾶστις, δὲ δὲ οἰκτος ἔπαινος.
Ἐγγάφιον δὲ τοιοῦτον οὔτ' εὑδώς
Οὕτ' δὲ πανδαμάτωρ ἀμαυρώσει χρόνος ἀνδρῶν ἀγαθῶν.*

Pindari autem locus extat in carmine Xenocrati Agri-gentino scripto Pyth. VI. 7. sqq.

*Ἐποῖμος ψυρων
Θησαυρὸς ζε πολυχρύσῳ.
Ἄπολλωνί τετείχισται νέπαι,
Τὸν οὗτε χειμέριος ὅμβριος ἐπαπτός θλων
Ἐγυρθόμουν τεφέλας
Στρατὸς ἀμείλιχος, οὔτ' ἄνεμοι οἱ μυχοὺς
Ἀλός ἄξοιον παμφόρῳ χεράδι — τυπτόμενοι.*

Porro si utriusque poetae versus quibus quid in vita humana optimum sit praecepiunt inter se comparamus,

Simonideam tenuitatem a Pindari grandiloquentia discerne licet. Simonid. Fg. XLII.

Τριαντειν μὲν ἄριστον ἀγδὺ Θρακῷ,
Δεύτερον δὲ καλὸν φυὲν γενέσθαι,
Τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως
Καὶ τὸ τέταρτον ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων.

Pind. Isth. IV. 12.

Δύο δέ τοι ζωῆς ἄντον μοῦνα ποιμαίροντες τὸν ἀλπικοτον εὐαρθρεῖ
οὐν ὅλβῳ

Ἐτις εὖ πάσχων λόγον ἐπολέμη ἀπούσῃ.

Isth. V. 10.

Εἰ γάρ τις ἀνθρώπων δαπάνῃ τε χαρεῖς
Καὶ πότῳ πράσσει θεοδμάτους ἀρετὰς,
Σὺν τέ οἱ δαίμονι φυτεύει δόξαν ἐπίγαιον ἐσχατιᾶς ἥδη πρὸς ὅλβον
Βάλλει ἄγχυσαν θέριμος ἔων.

Quodsi quae Leoprepida dilucida quadam et concinna suavitate adumbravit, ea Thebanus vates non sine ample dicendi ornatu et splendore executus est, imaginibus eximiis illustravit, membris oppositis distinxit: quamquam in sublimi et elato dicendi genere grandius ingenium et uberioris elucet, utrumvis tamen suum habet pretium. Itaque prout quisque litteratorum hominum alterutri se magis natura et indole cognatum sentiebat, ita alterum adamabat eiusque lectione alliciebatur; itaque videtur Simonidi fere primas detulisse qui scitum et ingeniosum epigramma scripsit Authol. Pal. IX. 571.

Ἐπλεγέντες οὐδὲν μέχει Ηὔρδαρος, ἐπτρεπε τερπνὰ.

Ἡδυμελιφθόγγου Μούσα Σιμωνίδεω. πτλ.

In Threnis autem componendis Dionys. Halic. in vett. scriptt. cens. ed. Sylb. II. p. 69. 2. haud cunctanter Simonidi palmam tribuit: Βελτίων Σιμωνίδης εὑρίσκεται καὶ Ηὔρδαρον τὸ οἰκτίζεσθαι μὴ μεγαλοπρεπῶς ἀλλὰ παθητικῶς.

Iuvat Bacchylidem quoque Pindaro et Simonidi ingenii quidem ubertate haudquaquam parem, carminum tamen genere cognatum, in comparationem adscivisse, cuius dicendi genus, quantum ex tenuibus reliquiis existimare licet, facundum fuit nec illepidum, parum vero generosum et virile. Quid inter Pindarum et Bacchylidem intersit bene Longinus sensit, qui de sublimitate XXXIII. 5.

dicit Bacchylidem, qui semper sine conatu humi repat, tam plana et dilucida oratione id sane consequi ut nunquam cadat: istiusmodi vero humilitati neminem tam hebetem esse, quin Pindari spiritum et impetum paeferat, qui etiamsi interdum infelicissime cadat omnia tamen inflammet et abripiat. [πάντα ἐπιφλέγει τῇ φορᾷ.] Recte haec de Bacchylide; quod vero nonnunquam Pindarum labi dicit quum accipiendum sit de ingenii copia, nimium ut iste vult exuberante et luxuriante, unde tumor nascatur, id quam vere et quo iure dictum sit infra considerabimus. Qui vero penitus alter quantum ab altero distet novisse cupit, comparet haec fragmenta ex carminibus sympoticis in quibus vinum uterque poeta pro sua indole quomodo diversorum hominum mentes afficiat et incitet adumbravit. Quanto splendore quantaque ubertate Pindarus Fg. inc. 136. ed. Boeckh. p. 674.

*Ἄρις ἀνθρώπων καματώδεες οὐχορται μέρηματι
Στηθέων τέσσα, πελάγει δὲ έν πολυκρόνου πλούτου
Πάρτες θορα νέομεν φευδῆ πρόδις ἀκτὰν
Ος μὲν ὄχογήμων, ὄφρεδς τότε, τοὶ δὲ αὖ πλούτεορτες
... ἀέσορται φρέας ἀμπελίνοις τόξοις δαμέντες.*

At quam debiliter Bacchyl. Fg. 27 ed. Bergk.

*... γλυκεῖς ἀράγη
Σενομέτα κυλτων θάλπησι θυμὸν,
Κύπριδος δὲ λατίς διαθύσσει φρέας
Ἄμμιγρυμέτα Διονυσοῖσι δώροις.
Ἀνδράσι δὲ ψφοτάτω πέμπει μερέματα.
Ἄντιχ' οἱ μὲν πόλεων κρήδεμεντα λύει,
Πᾶσι δὲ ἀνθρώποις μοναρχήσειν δοκεῖ
Χρυσοῷ δὲ θλέραστη τε μαρμαροῖσιν οἴκοι· κτλ.*

Minime vero quod horum trium poetarum diversum fuit ingenium et dicendi genus, id obsuit quominus in singulis figuris formulis sententiis multa communia haberent; nec mirandum, eos qui in eodem genere lyrico elaborarent, tralaticia quadam supelectilis copia usos esse.

Sicut autem castitas Pindarici sermonis et sublimitas ex intima poetae natura, gravi illa et ad summa nitenti, manavit, ita ingenium poetae uberrimum non caruit instrumento ditissimo et ornatu multiplici, quo quae mens peperebat divinitus satis digne promere posset et elocutionis quasi

veste indueret. Ut brevi dicam, poetae spiritus lautissimum etiam orationis apparatum requirebat. Cuius quidem pervestigatione ei, qui penitus Pindari ingenium cognoscere cupiat minime licebit supersedere. Nam poeta ut omnium aures impleret animosque incenderet id consequebatur copia verborum uberrima et delectu, audacia figurarum et imaginum, generosa sententiarum iunctura, verborum denique apta et artificiosa collocatione. Quae quidem omnia summus artifex adeo diligenter curat, ut haud absone carminum suorum compositionem cum opere textorio comparaverit, Fg. inc. 67.

Τριτον δ' Ἀυνθυούσαις ποιητον — ἀρδημα.

Nos vero iam considerabimus prima stamina, ex quibus illa poesis textilia composita sunt. Igitur ut via ac ratione procedat disputatio nostra, antequam ad singularum rerum, quae ad syntaxin et metaphorarum usum spectant, ordines accedamus, primum universe de ornatu et figuris quibus Pindarus orationem distinxit monebimus et exemplis allatis artifia, quibus assecutus est, ut magnificus atque grandiloquus existimaretur, illustrare conabimur.

Ac primum ut Pindari ornatus sanctus et fortis est, ita haec virtutes cernuntur in sententiis communibus, quas larga manu poeta per omnia carmina disseminavit. Sunt autem plerumque morum praecepta vel observationes de vita humana proverbiali quodam colore tinctae, brevitate sua ponderosae, gravitate efficacissimae et, quod summum est, semper opportune a poeta adscitae, sic ut nunquam otiose vel frigide interposita videantur, sed ex ipso carminis arguento fluxisse. Neque Simonides ab his abstinuit, cuius ingenio sententiae acumine plenae egregie conveniunt. Conf. Schneidewin. in prooem. ad Simon. Fragm. p. XXXVI sqq. Ex copia fere innumera paucis utamur.

Ad proverbii similitudinem proxime accedit Olymp. X. 20.

*Τὸ γὰρ — οὐδεὶς οὐ τὸ αἴθων ἀλοίπης
Οὐτ' ἐφέβομει λέοτες διαλλάξαντο γῆθος.*

Cui simile est Simonideum illud Fg. CX. „πάσαισιν ζογνδιλλίσιν χρὴ λόγον ἔγγενεσθαι“. Itemque proverbiale sermonem sapit Pyth. X. 68. „πειρῶντι δὲ καὶ χρυσὸς ἐν

βασάνῳ πρέπει — καὶ νόος δρθὸς“. Cui gemellum suppeditat Bacchylides Fg. XXI. ed. Bergk.

*Αὐδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσὸν,
Ἄρδων δ’ ἀρετὰν σοφία τε παιχνιδας τ’ ἐλέγχει
Ἀλάθεια . . .*

De silentii praestantia aequo persuasum fuisse videtur et Pindaro et Simonidi, quorum ille Isth. I. 63. *Ἡ μὰν πολλάκι καὶ τὸ σεσωπαμένον εὐθυμίαν μεῖζω φέρει*, et Fg. inc. 69. v. 2. *Ἐσθ’ ὅτε πιστοτάτα σιγᾶς ὁδός*. Pariterque Ceus autem Fg. CVII. *Ἔστι καὶ σιγᾶς ἀκίνδυνον γέρως*. Insunt his dictis, quae aculeum relinquere debuerunt in omnium animis, ut Isth. IV. 16. Θνατὰ Θνατοῖσι πρέπει. Isth. VI. 47. *τὸ πὰρ δίκαιην γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά*. Pyth. III. 81.

Ἐν παρ’ ἔσλὸν πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς — ἀθάνατοι.

Pyth. X. 62.

*Τῶν δ’ ἔκαστος δρούει,
Τυχών περ ἀρπαλέαν οχέθοι φροντίδα τὰν πὰρ ποδός.*

Conf. plura Olymp. IV. 18. Pyth. IV. 283. Nem. VIII. 21. Isth. I. 40. III. 19. Fg. Hymn. 12. inc. 154. Rauchenstein Einleitg. p. 116 sqq.

Pari consilio Pindarus superiorum poetarum dicta memorabilia in suum usum convertit, velut Isth. V. 67. *Ἄμπων δὲ μελέταν ἔργοις διπάζων Ἡσιόδον μάλα τιμᾷ τοῦτ’ ἔπος*: quod sumpsit ex Hesiod. opp. 412. Ex Chironis ὑποθήκαις quae Hesiodo tribuebantur scholiasta teste promsit quae Pyth. VI. 22. Chiron Achilli praecipit:

— μάλιστα μὲν Κροκίδαι — θεῶν σέβεοθαι,
Ταύτας δὲ μήποτε τιμᾶς
Ἄμειζειν γονέων βίον πεπρωμένον.

Item Isth. II. 12. laudat Aristodemii Lacedaemonii dictum: *Χρήματα, χρήματα ἀνήρ*: quod suum quoque fecerat Alcaeus Fragm. L. ed. Bergk.

Ex Homero Il. XVIII. 207. laudat Pyth. IV. 277. Nerei dictum Pyth. IX. 93. ex prisco poemate petitum. Cf. Boeckh. expl. p. 327. itemque praeceptum Fg. inc. 70 et Nem. IX. 6.

Interdum etiam quo significantior evaderet oratio prorsus descendit ad locutiones proverbiales, quae quantum

suavitatis afferant opportune positae non est quod moneam.
Velut Fg. inc. 151. *Ἐν λεπτῷ δενδρῷ βαίνειν*, quae imago
clarissima est. Fg. Scol. 4. *Σὺν χειμάρρῳ μεθύω.* „in-
sanio cum cetera convivarum ebria turba“. Facete illud
quoque dictum Pyth. III. 83.

[πήματα] οὐ δύνανται νίπιοι κόσμῳ φέρειν,
Ἄλλ' ἀγαθοὶ τὰ καλὰ τρέφαντες ξῖω.

Metaphora ab vestibus sumpta, significans „meliorem for-
tunae partem prae se ferentes“. Cf. Boeckh expl. p. 261.
— In Chromium virum nobilem Siculum „qui propter ege-
giam humanitatem et hospitalitatem apud cives et hospi-
tes tantam sibi conciliarat benevolentiam, ut obtrectatorum
invidiosi sermones laudibus eius oblitterarentur et obscu-
rarentur, Pindarus proverbium traducit Nem. I. 29. *λέ-
λογχε δὲ μεμφομένοις ἐσλούνς ὑδωρ καπνῷ φέρειν ἄντιον.*
De re ad taedium re petita dicit Nem. VII. 105.

— *Ταῦτα τοὶς τεργάνι τ' ἀμπολεῖν*

Ἄποδα τελέθει, τένυοισιν ἄτε μαρψιλάκις, Διὸς Κόρωνος.

Cf. Zenobium cent. III. 21. ed. Schneidew. Porro notum
quid sit Pyth. II. 95. *πρὸς ζέντρον λαντίζειν*, itemque Isth.
VII. 10. *δὲ Ταυτάλου λίθος*, coll. Archiloch. Fg. XLVIII.
ed. Bergk.

Hac igitur sententiae omnes quas prudenter et scite
poeta in usum suum convertit, orationi plurimum afferunt
dignitatis et nervorum, gratiam vero et iucunditatem im-
primis paravit ditissima translationum et similitudinum
varietas et copia, delectus ingeniosus admirabilis audacia.
Sed ab hac parte quibusdam etiam vitiosa et reprehensione
digna visa est Pindari oratio, quibus poeta nimium sibi
indulsisse et iustos fines transgressus esse videbatur,
quasi ambitiosis ornamentis, tanquam ampullis orationem
efficerit tumentem, quaeque per se simplicia essent caeca
libidine cumulata obscuret. Quae quidem opinio, olim per-
vulgatissima, etiam viris alioqui circumspecti iudicii fu-
cum fecit, ut Heynio, ex cuius editione locos quosdam ubi
Pindarum paulo acerbius increpat indicasse sufficiat. Cf.
Tom. II. Additamenta p. 40. ad v. 16. p. 41. v. 29 sq.
p. 141. v. 58. p. 152. v. 1. Verum Pindarus tantum abest

ut culpandus sit, ut summa admiratione dignus videatur. Nimirum in poeta tenui et debiliore metaphorae audaces et periculosae merito in reprehensionem incurrent; nam parvum cum parva deceant, tum in scriptore humili et summisso humilitas ipsa minus offendit quam inane figurarum aucupium dicendique genus inflatum et affectatum. Alia res fuit in Pindaro, quem non vulgarium poetarum tenuitatem sed ipsius magnitudine metiri debemus; huius enim simplex et nativa sublimitas satis virium ad omnes generosos conatus suppeditabat. Itaque Pindari ingenio convenit oratio magnis rebus gravitate par, in qua aliud semper maius alio supervenit, et ut Quintiliani verbis utar, quae procellam quasi verborum in auditorum animos effundit. Tandem meminisse debemus summam legem esse poetarum ipsorum sensum et iudicium: ut quo quis maior poëta sit, tanto plus auctoritate et exemplo valere possit.

Sequitur ut exempla consideremus et metaphoras audacia maxime memorables; quo clarius ad quem finem poeta progressus sit cognoscatur. Interdum sane perobscura et consulto abscondita videtur poetae sententia, ut in notabili loco Pyth. IV. 263 — 68. ubi poeta ipse illud obscuritatis crimen agnoscere videtur, regem Cyrenaeorum Arcesilam allocutus (v. 263.) *Γνῶθι νῦν τὰν Οἰδηπόδω σοφίαν*, i. e. „proponam nunc Tibi aenigma ad quod enodandum Oedipi prudentia opus erit“. Tum pergit ad eam quam sic auspicatus est similitudinem: „Etiamsi quis, ait, quercus ramos absciderit, caesa tamen nobilis arbor qualis fuerit indicat, cum vel ignem hibernum alit vel aedium tecta inter columnas reliquas fulcit suo loco orbata“. — Verum paulo accuratius inquirenti constiterit sub hac similitudine severam quandam et tristem admonitionem latere, ut ne nimia crudelitate rex Cyrenaeorum nobiles lacessat, qui etiamsi nunc prostrati et domiti videantur, satis tamen virium retinuerint, ut iniuriam possint ulcisci. Sed poeta tectius id pronuntiat, ne rex admonitionem acerbius ferret. Nihil igitur obscuritatis restat.

Insignis autem in translationibus audaciae exemplum sit Isth. II. 40 sqq. ubi eximia Xenocratis Agrigentini hospitalitas celebratur:

— οὐδέ ποτε Σερλαν
Οὐδός ζηταρέωντας ὑπέστειλ' ιστορίαν ἀμφὶ τρόπεζαν.
Ἄλλ' εἴτε ποτὲ μὲν Φεούρι θερετεῖ,
Ἐτι δὲ χειμῶνι πλέων Νεῖλου πρὸς ἀντάς.

Heynio haec inflata videbantur. Verum poeta homini sibi amicissimo et liberalitate insigni quid mireris, si etiam singularem quandam laudem moliatur? Praesertim cum Pindarus navigationis imaginem ad hospitalitatem soleat traducere, velut cum Hieronem admonet Pyth. I. 91. „Noli divitiis parcere, immo ut prudens gubernator vela expande“. Eandem igitur comparationem poeta usurpat, quamquam auctiorem et ornatiorem: „Circa Xenocratis mensam hospitalem nunquam ventus vela contrahit: immo hic vir semper attigit remotissimas oras aestate usque ad Phasin hieme ad Nilum tendens“. — Ubi quod in navigatione summum habebatur, transtulit simpliciter ad hospitalitatis laudem audacter quidem, ingeniose tamen et sine ampullis.

Pariter mirationem faciet imago ex piscatione sumpta Pyth. II. 79. quo loco quum graviter Pindarus aulicorum qui Hieronem adulatione corrumperent mores vituperasset, seipsum a tali nequitia et perversitate remotissimum esse asseverat, et ut retibus in aquam immersis suber solus superne natet, ita se talis pestis contagione vacare:

Ατε γὰρ εἰρῆλιον πόνον ἔχοντας βαθύ
Σκεπᾶς ἐτέρως, ἀβάπτιστός εἰμι, φελλὸς ὡς ὑπὲρ ἥρος, ἄλμας.

Item satis audax, sed nervosa et roboris plena imago videtur linguae, quae in veritatis incude dicatur procedi. Ita enim Hieronem admonet Pyth. I. 86. Άψενδεῖ πρὸς ἄκμοντι γάλκενε γλῶσσαν. — Similiter Olymp. VI. 82. suam ipsius linguam singit quasi cote ad cantum acui:

Αόξαν ἔχω τιν' ἵππη γλώσσῃ ἀκόρας λιγνῦν
Ἄ μ' ἐθέλοντα προσέργετε καλλιρρόοιο πτοωῖς.

Haec nostratisbus audacissima videbuntur. Sed omnium maxime auribus delicatis insueta accidit translatio, quam

nulla particula mitigat Pyth. IV. 142. ubi simpliciter mulier dicitur ἡ βοῦς.

— μια βοῦς Κρηθεῖ τε μάτησ
Καὶ Θραυσμήδει Σαλμωρεῖ.

Verum egregie et ut nihil fingi possit gravius poeta humani generis infirmitatem depinxit. Quem enim cuius pectus generoso sensu incaluerit non perculit gravitas et vis illius dicti Pyth. VIII. 96. Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος, vel Fg. inc. 131. Ἐλπίδες ἐγρηγορότων ἐνύπνια? His autem magnificentia et audacia certat Fg. Scol. 2. v. 4:

Τὰς δὲ Θεοξένου ὀκτώρας τις ὄσσων μαρμαριζόσιας δρακεῖς
Ος μὴ πόθῳ κυματεῖται ξεῖ ἀδάμαντος
Ἡ ειδάρου πεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν — ψυχρῷ φλογί.

Haec Pindarus de Theoxeno Tenedio iuvene formosissimo, quem summo amore amplexus erat cuiusque in gremio caput reclinans placida morte Argis obiisse perhibetur.

Diversarum autem metaphorarum confusionem Pindarus non incogitanter et temere sed summa peritia usurpat. Primum autem satis excusate eam translationum coniunctionem sibi concessit, in qua alterum vocabulum sensum proprium facile deponit, velut ὁδός. Nem. VII. 50. εἰπεῖν ὁδὸν λόγων. Olymp. IX. 47. ἐπέων οἷμον λιγύν. Paulo iam audacius progreditur Olymp. I. 105. κλνταῖσι δαιδαλωσέμεν ὕμνων πτνχαῖς, ubi πτνχαὶ intelligendum de montium convallibus et recessibus. Porro non infelici-
ter poeta iuvenis Iasonis luxuriantem et protervam ve-
hementiam depinxit duas commiscendo metaphoras. Pyth.
IV, 158. Σὸν ἄνθος ἥβας ἄρτι οὐμαίνει. Neque quidquam
offensionis habet Pyth. IV. 255. Σπέρμα αὐτίνος ὅλβον.
Haec igitur intellectu facilia. Verum subobscurum illud
Nem. V. 6. de Pythea puero Aegineta, cui lanugo mentum
nondum cingebat: Οὕπω γέννσι φαίνων τέρειναν ματέρ
οἰνάνθας ὀπώραν. Ubi quod autumnus vocatur μήτηρ
οἰνάνθας, ὀπώρα nil nisi iuventutem significat et proprium
significatum prorsus exuit, ut Isth. II. 5. In οἰνάνθη, quod
est lanugo, nemo haerebit. Confitendum igitur rem vul-
garem et quotidianam elegantius efferri non potuisse. —

Sicut in poetica supellectile metaphorae fere primum locum obtinent, sic a metaphoris proximae partes sunt comparationum. Atqui tam exiguo discrimine hae figurae inter se distant, ut saepe perinde haberi possint, nisi quod plerumque ubi nimis audax simplex translatio foret, particula quadam addita audaciam emolliebat. Haec certe fuit veterum rhetorum sententia. Aristotelis Rhetor. III. 4. Ἐστὶ δὲ καὶ ἡ εἰςῶν μεταφορὰ· διασέρει γὰρ μηδὸν κτλ. et Demetr. de elocut. §. 80. Quintil. VIII. 6. 8 et 11. Itaque Pindaro Isth. III. 65. Melissus dicitur: μῆτιν δ' ἀλώπηξ. Contra Pyth. II. 84. in simili metaphora particulam addit: λύζοτο δίκαρ. Quodsi plerumque in sola eloquendi ratione differentia posita est, nobis quoque licet haec minus anxie discriminare atque promiscue metaphoras et comparationes perstringere.

Iam poeta non solum comparationes sic instituit, ut orationi afferant ornatum, sed rhetoricam etiam speciem addit, omissis vulgaribus comparandi particulis; quibus neglectis varia oppositionum genera nascuntur, unde oratio elatior et augustior evadit. Ac primum quidem praecedente similitudine res ipsa cui illustrandae comparatio inservit subiungitur addita particula δὲ, ut Olymp. X. 1.

*Ἐστιν ἀνθρώποις ἀνέμων ὅτε πλεῖστα χρῆσις — εἰ δέ —.

Invertitur etiam ordo membrorum ut similitudo, additâ particulâ adversativâ, postponatur Nem. II. 10:

*Ορεῖλει ἔτι — θυμὰ μὲν — τινᾶν Τιμορόου παῖδ'· ἵστι δ' ἐσικός

*Ορεῖν γε Πελειάδων

Μή τηλόθεν Σαγτώνα νείσθαι.

Nonnunquam formam enuntiationum conditionalium subeunt comparationes ut Olymp. III. 42. Εἰ δ' ἀριστεύει μὲν ὕδωρ — νῦν γε. Denique non tantum particulae disiunctivae [ut Olymp. I. 5. μῆτε — μῆτε.] vel caussales [ut Olymp. XIII. 47. δηρίουμαι πολέσιν περὶ πλήθει κυλῶν· ὃς μὰν συρρέει οὐκ ἀν εἰδείην λέγειν ποντιῶν ψάρων ἀριθμὸν.] membris connectendis inserviunt, sed interdum particulae prorsus desunt, ut nude alterum membrum alteri opponantur. Olymp. II. 97.

Ψάμψος ἀριθμὸν περιπέγεντο. —
Ἐξεῖρος δοῦ χάρωντι ἄλλοις θόηκεν,
Τίς ἀν φράσαι δύνατο;

Tanta igitur tamque pulchra varietas Pindaro in promptu fuit, ut quem similitudines per se solae orationi afferunt ornatum et splendorem, is etiam augeretur oppositionis vi et gravitate. Haec latissime patent apud poetam semper de elocutionis nitore et ornatu laborantem. Frequenter autem quae sitae et consulto institutae oppositiones inveniuntur, quarum usitatissima forma est cum proposita generali quadam sententia dein subiicitur, quod in singulari quadam re locum habet. Nem. VII. 5 sqq.

Ἀραπνέομεν δ' οὐχ ἀπαυτες ἐπὶ ζω.
*Ἐλγει δὲ πότμῳ ζυγένθ² ἔτερον θερα· σὺν δὲ τὸν
— αἰεὶδει τῷ Σωγένης μετὰ πεταέθλοις.*

Ubi quae praecedit generalis sententia plurimum quantum afferit ad augendam sequentium vim. Idem quadrat in locos Nem. III. 6. *Διψῆ δὲ πρᾶγμας ἄλλο μὲν ἄλλον· — ἀθλοντί-
ζία δὲ μάλιστ² ἀοιδὰν φιλεῖ.* IV. 91. *Ἄλλοισι δ' ἄλικες
ἄλλοι· ταύδ... πτλ.* VIII. 37.

His expositis in clariore luce nobis collocasse vide-
mur, quibus potissimum fundamentis et radicibus Pinda-
ricaē elocutionis virtutes nitantur. Etenim ut summatim
rem comprehendamus, poeta sententiis ethicis dignitatem
et auctoritatem, metaphoris et translationibus gratiam et
iucunditatem, denique oppositionum continuo usu vim et
nervos orationi conciliavit.

Atqui in tanta omnis generis copia et ornatu quis mi-
retur quod interdum poeta divitiis suis quasi exultet et
luxuriet, ita tamen ut nihil nascatur quin summa arte tem-
peratum sit. Quo in genere verba idem fere significantia
cumulat, quasi simplici et inornata oratione satisfacere
sibi non^o potuerit. Huc in primis facit Pyth. II. 56.

— τὸ πλουτεῖν δὲ σὺν τύχῃ πότμου σοφίας ἀριστον.

De cuius loci structura quum multum ab interpretibus dis-
ceptatum et dubitandi sane iusta caussa sit, de sententia
tamen eatenus constat, ut dixisse videatur: „optimum
esse divitias cum sapientia coniunctas possidere“. Sed

de singulorum verborum causis et iunctura iam accuratius videndum erit.

Ac primum quidem quod scholiastarum unus coniunxit *πλοντεῖν* cum *σοφίας*, quasi id sit εὐπορεῖν *σοφίας*, id fieri nequit, quia quae in praecedentibus de Archilochi inopia dicta sunt arguunt, τὸ πλοντεῖν hoc loco proprio significatu accipiendum esse. Neque maiore iure placet cum Aristarcho coniungi *πότμον ἄριστον*: cui structuræ obest verborum colloca^{tio}. Sed poterit coniungi: τὸ πλοντεῖν σὺν τύχᾳ πότμον. Tum quod restat *σοφίας ἄριστον* praedicatum est, quasi dicatur ἡ ἀρίστη *σοφία*. Quaeritur autem quomodo explicari debeant verba σὺν τύχᾳ πότμον, quae quoniam πλοντεῖν per se solum non poterat sapientiae summum dici, aliquid necesse est sententiae afferant, quo demum addito divitiae tanta laude dignæ existant. Atqui Boeckhius ut hoc ipsum ex his verbis erueret duram interpretationem commentus est; nempe cum nemo possit divitias „σὺν τύχᾳ πότμον“ i. e. „cum felicitate fortunæ“ possidere et conservare, nisi qui virtutibus ornatus sit, hoc loco πλοντεῖν σὺν τύχᾳ πότμον esse divitias habere, ita ut eas servare possis, quod sine virtutibus fieri nequeat. Quae quidem sententia ut per se bona et apta est, ita nec verbis aperte pronunciatur, nec nisi per ambages erui poterit. Immo parum prudenter egisset poeta, si virtutis nullam faceret mentionem, sine qua tota haec sententia laboraret. Quodsi ratio talis improbatur, superest ut coniungamus σὺν τύχᾳ πότμον σοφίας“, ut ἄριστον praedicti vices gerat. Itaque Pindarus Hieronis animo cum inculcare vellet, ut semper cum divitiis coniungeret sapientiam paulo pleniore formula usus est σὺν τύχᾳ πότμον σοφίας pro simplici σὺν σοφίᾳ, quod nimis debile videri poterat. Id vero genus possunt innumera ex Pindaro promi, quae plus minus afferunt sensum orationis plenae et ornatu affluentis. Olymp. I. 106. Μήδεται ἔχων τοῦτο κῦδος. ib. 59. Ἀπάλαμον βίον ἐμπεδόμορθον. Ol. II. 82. Ἀμαχὸν ἀστραβῆ χίορα. XI. 63. Ἐν δόξῃ θέμενος εὐχος. ib. 88. Ποιμένα ἐπικτὸν ἀλλόγοιον. XIII. 98. Ἀλαθῆς ἔξορκος βουί. Pyth. IV. 271. τρόμαν

Ξέλκεος. X. 48. Θαυμάσαι οὐδὲν φαίνεται ἀπιστον. Nem. IV. 40. γνώμαν κενεὺν σκότῳ κυλίνδει χαμαίπετοῖσαν.

Ex eadem orationis ubertate fluxit figura quam vocant "Εν διὰ δνοῖν, cuius unum extat apud Pindarum exemplum Isth. VII. 1. Κλεάνδρῳ τις ἄλικίᾳ τε λύτρον..."

Iam sequitur ut explicemus quas leges Pindarus in sententiis et sententiarum membris formandis colligandisque sibi scripserit. Interim summa tantum huius quaestioonis capita attingemus, cum totus hic locus cum syntaxi cognatissimus sit.

Ac primum quidem Pindarus non nimis longas sed quae satis commode uno obtutu lustrari possint enuntiationes finxit, et quamquam in singularibus structuris abundant difficultibus, orationis tamen membra satis simpli- citer cohaerent. Singulari vero arte et mira cum varietate usum Asyndeti excoluit, quod egregie austero dicendi generi convenit: de quo Dissenius in excursu II. edit. Goth. ita egit, ut nobis otium fecerit.

Sicut autem plerumque poeta simpliciorem rationem struendarum enuntiationum praefert, ita ubi longius orationis ambitus trahi debebat, ibi quae membra aequabili nexu et conformatioне molestius ad severam normam exacta in poeta lyrico putida viderentur, ea cum grata quadam varietate ita conformavit, ut inchoatam structuram interposito aliquo membro deflecteret a novo quasi initio profectus. Quo vero melius cognoscatur quibus modis Pindarus hanc variationem instituerit, non incommodum fuerit exempla quaedam accuratius examinare, in quibus longiora membra liberius consociata sunt. Primum igitur consideremus hos versus ex carmine Nem. IV. 79—88. quod Timasarcho Aeginetae inscriptum est.

— εἰ δέ τοι

Μάρρῳ μ' ἔτι Καλλικλεῖ πελεύεις

Στύλων θέμεν Παστού λιθον λευκοτέραν.

82. Ο χρυσὸς ἐψόμενος

Αὐγὴς ἔθειξεν ἀπάσους, ὑμνος δὲ τῶν ἀγαθῶν

Ἐργμάτων βασιλεῦσιν λοοδαίμονα τεύχει

85. Φῶτα· κεῖνος ἀμφ' Ἀχέροντη ναιετάντων ἐμὰν

Γλῶσσαν εὑρέτω πελαδῆτιν, Ὁροσορφαίτην

Ἴν τὸν ἀγῶνα βιβλικτύπον

88. Θάλησε Κορινθίοις σελίστραις.

Poeta hoc dicit: „Si tu, Timasarche, patruo Tuo Callicli hymnum poscis [vv. 79—81.], hymnus vero, ut aurum splendens, regibus homines aquiparandos reddit [81—85], ille, qui nunc apud Acherontem habitat vocem meam in Isthmo inveniet, ubi quondam coronatus est. [85—88.]“

Constat igitur tota haec periodus ex tribus membris, quae inter se particularum vinculis non connexa sunt. Atqui protasin terminari voce *λευκοτέρων* appareat, sed quae proxime sequuntur usque ad *φῶτα* [v. 85.] dubitari potest utrum apodosin contineant, an parenthetice posita sint, ut ab voce *ζεῦνος πτλ.* demum apodosis incipiat. Plurimis interpretibus arrisit parenthesis, nimirum commodissima illa ad omnes difficultates tollendas. Utrum vero licet tam longum orationis membrum parenthescos signis includere, quibus veteres ne usi quidem sunt, id quidem antea quaerendum fuisse. Boeckhius nott. critt. p. 524. licere negans coniectabat — asyndeton veritus — *ὅ χρυσός δ'*, sed conjecturae postmodo eum poenituit, ut in edit. sec. tacite particulam omitteret. Neque indiget hic locus emendatione. Nam sententiarum ratio et strucutra haec videtur: post protasin statim apodosis incipere existimanda est inde ab voce *ὅ χρυσός*, quas sententias cave inepite consociatas putes. Nam ut supra monuimus amat Pindarus comparationes tanquam opposita proferre. Quamobrem haec ita vertenda sunt: „Si vero Timasarche Callicli hymnum me componere iubes: ut aurum excoctum summo splendore fulget, sic hymnus hominum sortem reddit beatissimam“.

Quae sententiae quamquam egregie sibi respondent, logicam tamen rationem intelligimus eam enunciationem poscere, ut poetae pollicetur se Timasarcho satisfactum esse. Ecce vero haec ipsa deinceps subiicitur *ζεῦνος πτλ.* ita tamen ut particula nulla addita sit, ne videretur ad membrum proxime praecedens pertinere, cum ad protasin illam superiorem referenda sit.

Haec igitur si utcunque placent, multo rotundior et artificiosior iunctura sententiarum est Olymp. XI. 86—93.

86. Ἀλλ ὅντε παῖς; οὐδέποτε πατρὶ^ν
Ποθειρὸς ἵζοττι τεύτατος τῷ πάλιν ἥδη, μάλα δέ τοι θεοί—
μαίνεται φιλότετη ράον·
- Ἐπεὶ πλοῦτος δὲ λαζῶν ποιμένα
Ἐπαυτὸν ἀλλότριον,
90. Θράσοντι στυγεούτανος·
Καὶ ὅταν καλὰ ἔρξας ἀσιδᾶς ἄτερ,
Ἄγηστοδαμού', εἰς Ἀΐδηα σταθμὸν
93. Άγηστος ἴνηται, περεὶ πενθούσις ἐποφε μόζθω βραχύ τι τερπατόρ.

Pindarus cum Agesidamum puerum pugilem non statim post victoriam Olympicam carmine celebrare potuisset, ne prorsus ei deesset, tandem propemodum seni facto hunc hymnum misit, sperans quamvis sero veniat, tamen fore ut acceptus et gratus Agesidamo adveniat. Nam, ait, sicut pater cui senili demum aetate puer heres futurus natus est, hunc tamen laetissime excipit, sic Tibi Carmen meum placeat! — Iam videamus de singulis enunciationis membris. Primum [vv. 86. 87.] continet comparationis protasin; sequitur dein [88—90] sententia interposita, caussam afferens cur filius patri acceptus veniat. Denique inde a v. 91. apodosis incipit: *zai ὅταν ξτλ.* in qua cave particulam relationis *οὕτως* desideres, quae in huiusmodi structuris frequenter sic omittitur, ut *zai* eius vices sustineat: ut Nem. II. 3. Olymp. VII. 7. et Dissen. in comment. edit. Goth. p. 80. 137. 371. sqq. Verum diligentius insipientibus haec apodosis ut ad grammaticam normam accurate protasi respondet, sic ad sententiam prorsus aversa videtur; cum enim in protasi dictum esset: „Ut filius patri senili desideratus venit“, quid aliud poterat expectari, quam hoc: „Sic Tibi seni hymnus meus“. Sed poeta in omnia alia abiit propter sententiam interpositam, ad quam apodosin prorsus accommodavit. Atqui membrum quod interpositum est causam affert, cur filius patri acceptus sit: „Mors enim tristissima est, si divitiae alienis heredibus relinquendae sunt.“ Eodem modo in apodosi explicatur cur hymnus seni acceptissimus esse debeat: „Etiam qui poetarum laude de-

stituti moriuntur ii frustra vixerunt“. Quae quidem sententia ei in cuius locum successit quodammodo opposita est, nam mente supplendum: „quod in Te, Agesidame, non cadit“. Haec vero mutatio nequaquam inconsiderate a poeta instituta est, nam voluit hoc ipsum Agesidamo diserte indicare, quanti pretii donum ei mittat.

Ex his igitur exemplis intelligitur, quomodo Pindarus membra plura longiore verborum circuitu complecti solitus sit et quantum in immutanda structura sibi concesserit. Sed in bimembribus enunciatis vix dici potest quantum varietatis structuris dissolvendis et mutandis effecerit, ne oratione diutius continuata in repetitionis taedium incurreret. Et frequentissima quidem in hoc genere sunt exempla participialis structurae in rectam transeuntis. Nam plerumque ex binis membris quae pari dignitate sunt, quaeque suspensa esse aequo oportebat, prius quidem in participio positum est, alterum autem absolutum factum; quae structura tantum abest ut aliquid duri habeat, ut perspicuitatem iuvet, siquidem sermo rectus multo facilis et penitus in mentem audientis se insinuat quam oratio suspensa. Exemplorum magna copia suppetit; paucis, ut in re non ita difficili, defungamur his. Olymp. I. 12. δρέπων μὲν — ἀγλαιίζεται δὲ καὶ ... Pyth. VIII 77. ἄλλον ἵπερθε βάλλων — ἄλλον δὲ παταβαίνει. Isth. III. 11. δεξιμένῳ στεγάνοντς, τὰ δὲ — πάρνησε. II. 38. τὲ νομίζων — καὶ προσέπτυντο.

In his omnibus participium pendet ex verbo praegresso; sed paulo durior et difficilior existit oratio, ubi participium neque in praecedentibus neque in subsequentibus habet unde pendeat, ut fere anacoluthi species oriatur; quale hoc est Isth. I. 14.

Ἄλλ οὐώ Ηροδότῳ τεύχων τὸ μὲν ἀριστα τεθρέπτῳ γένει,
Ἄρτα τὸ ἄλλοτειας οὐ χειρὶ τριμάσωντε ζωέλω
Η Καισαρεῖον η Τολάου έραγμόςαι μιν όμινο.

Poeta dicit, se Herodotum celebraturum esse, primum propter victoriam currulem, tum vero propter fortitudinem, quod ipse propria manu in certamine equos rexerit. Haec inter se opponuntur atque indicant oppositionem eam,

quae rata non habetur, particulae μὲν — τὰ, de quo correlationis genere infra ubi de particularum usu agendum erit accuratius videbimus. Nostro igitur loco poeta cum in priori membro participium posuisseτ *τυχῶν μὲν*, structuram continuare noluit, sed sequentia in oratione recta posuit per copulam annexa. Fecit autem hoc quo magis eluceret res primaria, quod Herodotus ipse in certamine currum rexerat. Id ut admodum periculosum ita gloriosissimum habebatur.

Sunt praeterea multa et varia structurarum inaequalium exempla, velut prius membrum in infinitivo positum reperitur, posterius in oratione recta: ut Pyth. V. 23. *Παντὶ μὲν — ὑπερτιθέμεν,* γίλει δὲ —: vel adverbio loci opponitur enunciatio absoluta: Olymp. II. 73. *Τὰ μὲν χερσόθεν — ὑδωρ δ’ ἄλλα φέρεται,* vel etiam temporalis. Pyth. IV. 266. *εἰποτε ἐξίηται — η̄ — ἀμφέπει.* „Interdum priori membro per particulam ὅτι introducto enunciatio absoluta opposita est Olymp. II. 57. *Οτι ποινὰς ἔτισαν — τὰ δὲ δικάζεται.*

In verbis collocandis poeta semper prudenti consilio et summa arte cavit ne vocabula cum vi dicta in media sententiae parte laterent, sed elucerent et auditorum animos adverterent: quod cum nunquam non a poeta factum sit, exemplis demonstrare supervacaneum est. Nec tamen inutile fuerit pauca verbo tetigisse.

Solet Pindarus substantivum quod duobus membris commune est in principio secundi demum membra collocare quo vim accipiat maiorem, ut Pyth. IV. 36. *οὐδ’ ἀπίθησέ
ἴν,* ἀλλ’ ἡρως δέξατο. Pyth. XII. 19. *ἐπεὶ ἄνδρας ἐρρύσατο,
παρθένος τεῦχε.* Huic rationi convenit Vocativus in altero membro positus Pyth. VIII. 80. IX. 100.

Interdum mirum in modum poeta vocabula traiecit, ut in versibus celeberrimis ad solem deficientem, [Fragm. Hyporch. 4.] quem v. 6 sq. sic alloquitur:

Ἄλλα σε πρὸς Διὸς ἵπποις θοᾶς ἵκετεύω

Ἀπήμον’ εἰς ὄλβον τράποιο Θίβαις, ὡς πότια, πάγκουνον τέρας.

ubi voces „*θοᾶς ἵπποις*“ ad *τράποιο* referenda insertae sunt formulae σὲ πρὸς Διὸς ἵκετεύω.

De hyperbatis particularum conf. Boeckh. omnia completentem in nott. critt. p. 377. sq. 385. 392. Particula *zai* amat hyperbaton, ut Olymp. V. 16. *σογοὶ zai ἔδοξαν*, hoc est, *zai σογοὶ ἔδ.* Frequenter locum mutat cum praepositione *ἐν*, ut Olymp. II. 28. VII. 26. Pyth. X. 58.

Denique Pindarus etiam leviora illa orationis ornamenta, qualia sunt anaphora et annominatio non prorsus repudiat, haec enim opportune posita ornant orationem. Sed ut conveniens erat austerae compositioni istiusmodi condimenta modice et admodum verecunde orationi immiscerunt. Anaphoram habes Olymp. XIII. 14. *πολλὰ μὲν — πολλὰ δὲ.* Pyth. IX. 123. Nem. XI. 6. Nem. I. 62. *ὅσσονς μὲν — ὅσσονς δὲ.* Nem. X. 27. *τρις μὲν — τρις δὲ.* ib. 87. *ἡμισυ μὲν — ἡμισυ δὲ.* Isth. III. 7. *χρὴ μὲν — χρὴ δὲ.* Isth. VII. 15. V. 71. *μέτρα μὲν — μέτρα δὲ.* VI. 32. *αινέων — αἰνέων δὲ.* cf. Boeckh. nott. critt. p. 499.

Similiter sonantia reperiuntur Pyth. X. 66. *Φιλέων Φιλέοντα, ὕγων ὕγοντα προφρόνως.* Pyth. II. 83. *Φίλον εἴη φιλεῖν, ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἀτ' ἐχθρὸς ὑποθεύσομαι ᾗλλ' ἄλλοτε πατέων.* Nem. I. 30. *τέχναι δ' ἐτέρων ἐτεραι.* VII. 6. *Εἴργει ἐτερον ἐτερα.* VIII. 3. *χερσὶν ἐτερον ἐτεραις.* Pyth. X. 60. *Ἐτέροις ἐτέρων ἔρως ὑπέκυισε φρένας.*

CAPUT SECUNDUM.

DE PINDARICA SYNTAXI.

Qua spiritus et ingenii sublimitate et orationis copia Pindarus pollebat, eam ut digne promeret et ad audientium animos perferret, vigor elocutionis et magnificentia tanquam inexhaustus thesaurus effecit. Sequitur ut de rebus syntacticis et structurarum ratione exponamus, ne videamur in vestibulo constitisse; nam qui de poetae facultate recte iudicaturus est, generis dicendi proprietatem ab omni parte nosse debet totamque quasi supellectilem suis oculis manibusque usurpare.

Primum autem de structurarum varia et liberiori ratione apud Pindarum quaedam generatim praemonenda sunt. Quam igitur in enunciationibus maxime bipartitis observavimus varietatis copiam, eam etiam in singularum sententiarum structuris inveniri exemplum demonstrat luctulentum. Isth. VI. 1—10.

1. *Tὸν τὸν πάρος, ὃ μάκαιρα Θέβα,
Καλῶν ἐπιχωρίων μάλιστα θυμὸν τεὸν
Ἐνθραπατ; ή δια καλονόδιου πάρεδρον
Δαμάτερος ἄντα εὐγνωμίαν*
5. *Ἄντειλας Διόνυσον, η̄ χρυσοφί μεσογύπτιον ρήφορτα δεξιμέρα τὸν
φέρτατον θεῶν,*
*Οπότ' Ἀμφιτρύωνος ἐν θυρέτροις
Σταθεὶς ἀλοχον μετηλθεν Ἡρακλεῖοις γοραῖς;
ἢ ὅτι ἀμφὶ πυκναῖς Τειρεσίοις βούλαις;
ἢ ὅτι ἀμφὶ Ἰόλαιον ἵππομητις;*
10. *Ἔπι Σπαρτῶν ἀκαμαντολογκᾶν; η̄ ὅτε καρτερᾶς Ἀδραστον εξ ἀλαλᾶς
ἀπέπεμψας;*

Ubi verbum εὐφραίνω cum primum dativum ascivisset, assumptis deinde enunciatis temporalibus ad extremum genitivum a se suspensum habet. Eodem potest trahi Olymp. XIII. 114.

*Ἄρα, κούφοισιν ἐκρεῦσαι ποοὶν
Ζεῦ τέλει· αἰδῶ δίδοι καὶ τύχαι τερπτῶν γλυκεῖαιν.*

Quo loco cum Oligactidarum familiae poeta salutem ab Iove precetur, postquam in priori membro infinitivum ἐκρεῦσαι tanquam imperativum posuerat, ad quem vulgo δός minus recte [conf. Bernhardy Synt. Graec. p. 357.] suppleri iubent, in altero membro imperativum δίδον usurpavit, ad Iovem ipsum orationem dirigens. Vertendum igitur: „Fac Iuppiter ut levibus pedibus enatent [i. e. ut vitam feliciter pertexant] et verecundiam da et dulcem beatamque sortem“. Locus in Hom. Odyss. XVII. 355. quem Boecklius iam contulit apprime convenit:

*Ζεῦ ἄρα, Τηλέμαχόρ μοι ἐν ἀρδόσιν ὅλβιον εἴραι
Καὶ οἱ πάντα γέροιθ ὄσσα φρεσὶν ἡσι μενοινῆ.*

Haec igitur ut nullam habent ambiguitatem, sic fieri non potuit quin evaderent sententiae implicatores et intellectu difficiliores, in quibus Pindarus brevitatem quandam ora-

tionis sectatus structuras quam potuit plurimum coartavit et contraxit. Quo quidem artificio imprimis opus fuit in victoriarum enumerationibus, quas longas et prono orationis cursui haud dubie molestas carminis argumentum saepe flagitabat. Nam ut multa in hoc carminum genere usu quodam tralatio constituta erant, ita hoc ipsum ad poetarum, qui ludorum victores celebrabant, officium pertinebat, ut ne quid honorum, quos illi in anteacta vita consecuti essent, omittent. Pindarus igitur quod dicendum erat, ita semper attigit ut brevius et nervosius non posset. Velut in loco satis notabili Isth. IV. 16.

*Την δὲ ἐν Ἰσθμῷ διπλάσια Θέλλοισι ἀρετά,
Φυλακτία, καὶ ταὶ, Νεμέᾳ δὲ καὶ ἀμφοῖν
Ιλυθέᾳ τε παγκρατίου.*

Cum enim Lamponis filii Phylacidas et Pytheas quattuor victorias pancratiasticas reportassent eo ordine ut interque Nemea Phylacidas autem bis Isthmia vicerit, appareat illud Νεμέᾳ ἀμφοῖν Ιλυθέᾳ τε παγκρατίου sic accipendum esse, ut e voce ἀμφοῖν suppleri debeat τίν: „tibi Phylacida et Pytheae“, quae structura quibusdam imposuit, qui verba Νεμέᾳ δὲ καὶ ἀμφοῖν in parenthesi posita putarent.

— Similem structurae contractionem habes Olymp. VII. 86.

*Οὐ τὸν Ἀργείου χαλκὸς ἔγρω παν τό τὸν Ἀργαδίῳ
Ἐργα καὶ Θήσεις ἀγώρεις τὸν ἔργομον
Βοιώτιοι,
Ηλλακά τον λιγέτη τε πενῶνθες ἔξαντις.*

Sic enim egregie emendavit Boeckh. in nott. critt. p. 389 sqq.

Verum etiam citra argumenti necessitatem poetae interdum breviori esse placuit, in quo parum de interpretum commodo fuit sollicitus. Velut in versibus structurae perquam tortuosae: Isth. I. 22.

*— λάμπει δὲ οὐρῆς ἀρετὰ
Ἐρ τε γυμνοῖσι οἰαδοῖς σολοιν ἐν τὸν ἀσπιδοδούποιοιν δάκτειας
δρόμοις.
Οἴν τε χεροῖν ἀκοντίζοντες αἰχμαῖς
Καὶ λιθοῖς ὅποι τὸν δίσκοις ἔρ.*

Nam nominativus ἀκοντίζοντες, ubi dativum expectes, cum non statim quorsum spectet apparent nec quod verbum

ad *οἰάτε* supplendum sit, si praegressa circumspicias ex locutione λάμπει ἀρετὴ σφίσιν elici potest verbum, „*ξλαυψων*“: quod cum ad sententiam eodem recurrat, ad structuram cum nominativo ἀνοντίζοντες coniungi potest.

Singularis breviloquentiae species ea figura est, quam zeugma grammatici vocant; cuius usus cum apud Pindarum satis parcus et modicus sit, paucis exemplis defungi licebit. Nemini negotium facessent talia. Pyth. IV. 104. *Οὐτε ἔργον οὔτ' ἔπος εἰπών.* ib. 224. *"Ἀροτρον σκίμψατο παιὶ βόας.* Nem. X. 25. *'Ενράτησε Ἐλλανα στρατὸν παιὶ στέφανον.* Zeugmati autem multum iucunditatis addit idem verbum ad bina nomina relatum, sic ut cum altero sensu figurato, cum altero proprio coniungi debeat, cuiusmodi est quod extat Pyth. VIII. 19. *"Ἐδεκτὸν ἐστεφανωμένον νῖὸν ποίᾳ Παρνασίδι Δωριεῖ τε πώμῳ, ποιὶ πώμῳ στεφανοῦσθαι similiter dictum ut Olymp. I. 102. μολπῷ στεφανῶσαι.*

Ad liberiorem sententiarum membra connectendi rationem, quae austero dicendi generi in primis convenit, teste Dionys. Halic. de compos. verb. ed. Sylb. tom. II. p. 22. 35. τὰ πῶλα φύσει μᾶλλον ἐουπέναι βούλεται ἢ τέχνη. et l. l. p. 22. 40. οὐτε προσθήναις ὡφελούσαις τὸν νοῦν χρωμένη, cum praeceps quam structuram ad sensum vocant pertineat, eius structurae apud Pindarum quo ipse longius recedit a sedata et aequabili orationis compositione, tanto latius usus patet. Cuius quidem proprietas in eo posita est, ut notio aliqua quae in membro praegresso tectius significatur, tanquam expressa in posteriori audiatur et mente suppleatur. Velut in loco memorabili Nem. IV. 1—3.

*Ἄριστος εὐφροσύνα πόρων κεκριμένων
Τιτιγός· αἱ δὲ οοφαι
Μοιωᾶν θύγατρες ἀοιδαὶ θέλξαν τιν ἀπτόμεναι.*

Cuius sententiac structura veteribus criticis adeo ignota fuit, ut scholiasta apud Boeckh. p. 450. teste Aristarchus τιν referret ad εὐφροσύνων sensu repugnante, Didymus inceptius etiam ad πόρων. Eam vero sic expediemus, ut ex formula πόρων κεκριμένων in subsequens membrum

transeat notio τοῦ πονήσαντος seu τοῦ νικῶντος i. e. victoris qui ipse pronomine νὺν significatur.

Alia structurae ad sensum institutae species est, cum formula quaedam ex membro praecedenti ad posterius sensu prorsus contrario suppleri debet, ita ut ex aiente fiat negativa vel contra. Quod dicendi genus cum apud alios scriptores frequens sit [cf. Bernh. Syntax. Gr. p. 458.], tum ex Pindaro suppetunt Nem. VIII. 45.

— τὸ δ' ἀντεῖς τεὰν ψυχὰν κομβίσαι

Οὐ μοι δύνατόν — σεῦ δὲ πάτρα — ὑπερέσσαι λίθον Μοισαῖον.

Ubi οὕ μοι δύνατόν in altero membro abiecta negandi particula auditur. Indidem explicandum Pyth. IX. 36.

‘Οοια — χέρια οἱ προσεργεγεῖν

“Η γὰρ καὶ ἐν λεζέων κεῖσαι μελιηδέα ποίαν;

nam ex „δσία ἔστιν“ i. e. ἔξεστιν in sequens membrum transit verbum χρή.

Eadem ad sensum structura circa nominum genera regnat, sic ut pronominum relativorum neutra respondeant nominibus masculini vel feminini generis, ut Olymp. I. 15. Μονσικᾶς ἐν ἀώτῳ, οἵα . . X. 7. Άλνος ἄγκειται· τὰ μέν. Pyth. III. 17. Ἰαζὴν ἀμεναίσων, οἵα. I. 73. Ὑβριν ἰδὼν — οἵα. VI. 21. Ἐγαμοσύναν, οἵα. VIII. 68. Αρμονίαν, δσα.

Liberiorem structuram in appositione saepe non ad normam grammaticam sed ad vocabulorum significatum accommodata observare licet, velut Nem. V. 43.

‘Ητοι μεταῖσαντα καὶ νῦν τεὸς μάρτυρος ἀγάλλει κελνον διόσποδον
ξέρος, Πυθέα.

Ubi ξέρος est appositio ad μεταῖσαντα, cum Pytheas Aegineta quasi totius gentis, unde oriundus est, vicarius propter Nemeam victoriam dicatur. Simillimum est Pyth. IV. 135. Αὐτὸς ἕπαντίσεν Τυροῦς ἐρασιπλοκάμον γενεά. Minus insolita haec licentia in adiectivis accedit, ut Isth. VI. 22. Ἀρετὰν οἴκα αἴσχιον φνᾶς.

Audentior poetae licentia fuit in articulo, Pyth. IV. 250. Μῆδειαν τὰν Πελίου γόρον. Ubi cum Medea per metonymiae figuram Peliae exitium dicatur, articulus ad notionem seminae revocatur.

Haec igitur quae passim et particulatim in virorum doctorum commentariis annotantur nunc coniuncta in cla-

riore luce collocare conati sumus, quibus consicitur Pindari spiritum clatum non anxie cursum orationis ad normam severam adstrinxisse; quamquam interdum obscuritas et nimia brevitas intellectui officiunt. Sunt tamen plerique sic comparata, ut lyrico poetae non modo condonentur, sed est etiam ubi oratio ex iis vim grandiorem et novitatis gratiam sibi inveniat.

Quibus in universum de structurarum ratione expositis reliquum est, ut quae Pindarica syntaxis in singulis orationis partibus observanda praebeat exequamur, a nomine substantivo casuumque ratione initium facturi.

Ac primum quidem cum nominativi quem absolutum dicunt duplex ratio sit [conf. Bernh. Synt. Gr. p. 69.], altera simplicior, ut in fronte enuntiationis nominativus positus in sequentibus non habet quo referatur, altera durior ut quod vocabulum sententiae nexus suspensum esse evincit, id quominus simpliciter ad praegressa referatur, obstat quod primo casu positum novum quasi initium constituit: apud Pindarum prioris quidem generis est Pyth.

IV. 152:

*Ἄλλα καὶ οὐπτον μόριοντος καὶ θρόνος, ω ποτε Κρηθέδας
Ἐγκαθίσων ἐπόπταις εὐθυνε λαῖς δῆμος
Τὰ μὲν — λύσον ὄμματα.*

Ubi quae praecipua quadam vi et pondere distincta sunt „sceptrum et imperium“ ea quo oppositio magis eluceret seorsum a reliquis ponи debuerunt.

Ad alterum genus pertinet Nem. VI. 32.

*— τὰ παλὰ — ἔργα —
Βασοδαισιν — οὐ σπαράζει παλαιφατος γενεά,
Ίδια τανοτολέοντες ἐπικόμια.*

Quo loco cum παλαιφατος γενεά si sententiam species ad dativum Βασίδαισιν retrahatur, ne tamen dative structura diutius continuata molesta fieret, poeta rectum casum praetulit.

Multo difficiliorem explicatum habet locus Pyth. IX. 91, qui cum propter ambiguitatem structurae ab aliis alia ratione acceptus sit, paulo copiosiorem expositionem desiderat. Verba sunt haec:

— Αἰγίνας τε γὰρ
Φερὲν Νίσου τ' ἐτούτῳ τῷς δὴ πόλιν νέρδ' εὐπλεῖσαι
Σιγαλὸν ὀμαζανίαν ἔργῳ φυγόν.

Poeta Cyrenaeum Telesiceratem qui ter armato cursu in ludis Aegineticis et Megarensibus victor patriam suam illustrem reddidisset [πόλιν εὐπλεῖσαι] testatus quam subiicit formulam: „σιγαλὸν ἀμαζανίαν ἔργῳ φυγών“, ea si de Telesicerate intelligenda est, nemo non pro structurae ratione accusativum φυγόντα expectaverit, eumque fuerunt qui conjectura satis vili textui obtruderen. Omnes tamen libri nominativum tuentur adstipulante scholiasta in paraphrasi ed. Boeckh. p. 407. Λιορίζομαι γὰρ τὸν νικηφόρον νικήσαντα ταίτην τὴν πόλιν εὐπλέα καταστῆσαι ἔργῳ τὴν σιγηλὴν καὶ ἀπαρρησίαστον ἀμαζανίαν καὶ αἰσχύνην ἐξφυγών. Pars autem interpretum illa non de victore Aegineta sed de ipso poeta intelligi voluit, qui, cum tribus carminibus totidem victorias cecinerit, his a Telesicerate tam gloriose factis [ἔργῳ] inopiam canendi effugerit. Huic vero interpretationi obstat et sententia parum apta aut Pindarum decens, et nudum ἔργῳ, quod nisi totum membrum de Telesicerate accipiatur, eius Victorias significare nequit. Quodsi necessario haec verba ad victorem pertinent omnia, qui patriam illustrans dicitur cassis quominus silentium inglorium agere debeat, hoc loco cum structura oblique inchoata casu recto finiatur, agnoscenda erit illa magistris propemodum decantata casuum enallage, sane durissima illa eoque difficilior, quod subiectum prioris membra, cui φυγών respondet ne additum quidem est. Talis autem structurae mutatio ut omnino exemplis non caret, ita frequens est post verba οἴμαι, φημί, δοξῶ, quibus orationi interpositis cum ex vulgari ratione tota structura suspensa fieri oportuerit, eo tamen vix vel ex parte tantum mutatur, unde species orationis a suspensa structura ad rectam transeuntis oritur. Iam quis non recordetur luculentum exemplum Il. II. 350.

Φημὶ γὰρ οὖτα καταρεῦσαι ὑπερομέναι Κροτῶνα
Ζειράτιων ἐπιδέξι', ἐρασμα τούτα γατῶν.

Plura exempla cupientibus large praebet Bernh. in Synt. Gr. p. 465.

Paucis in Genitivi usu explicando defungi licebit, quo casu notabile est quanta interdum brevitate participia ponantur neque nomine nec pronomine addito, sed ut ipsa per se integrarum enunciationum vices sustineant: velut Pyth. VIII. 85. de pueris qui victi ex certaminibus redeunt:

*Οὐδὲ μολόντων πὰς ματέρ' ἀμφὶ γέλως γλυκὺς
Ὦρσεν χάριν.*

Ubi *μολόντων* casu absoluto positum: „dum redeunt ad matrem“. Nec aliter accipiendum participium in his. Pyth. VIII. 41.

*‘Οπόρ’ ἀπ’ Ἀργεος ἥλυθον
Δευτέρου ὄδὸν Ἐπίγονοι
‘Ωδ’ εἰπε μαχημένων.*

„Sic dixit dum pugnant“.—

Dativus locum significans cum apud Pindarum praecipue in nominibus regionum in quibus certamina ludicra celebrantur dominetur, ex innumeris fere exemplis pauca apponam: Olymp. XIII. 37. *Πυθοῖ τ’ ἔχει σταδίον τιμάν.* VIII. 56. *Νεμέᾳ ἐρέω ταύταν χάριν.* Nem. X. 26. *Ισθμοῖ καὶ Νεμέᾳ στέγανον.* coll. Ol. IX. 88. XII. 18. Nem. XI. 23. Isth. IV. 18. In vicinia etiam significanda Pindarus simplici dativo defungitur ut Ol. I. 92. *Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθείς.*

Dativum instrumentalem agnoverim in iis formulis quae quo certamine victor pugnaverit indicant ut Nem. V. 5.

— *Πυθέας εὐρυσθενής*
Νίκη Νεμέοις παγκατλου στέφανος.

Isth. III. 20.

— *εὐμαχωταρ γὰρ ἵφανας Ἰσθμοῖς*
Τμετέρας ἀρετᾶς ὑμνῷ διώκειν.

Quibus exemplis adiiciendum puto locum hucusque corruptum Olymp. XIII. 107. quem praestantiores libri sic exaratum exhibent:

— — *ιάδ’ ἐπ’ ὁροῦ Ἡπαντα*
Ἐν Ἀργετ θ’ ὅσσα καὶ ἐν Θῆβαις, ὅσσα τ’ Ἀρκάσιν ἀνάσσων
Μαρτυρήσει Λυκαλον βωμὸς ἄναξ.

Versus alter quibus vocabulis terminatur *Ἀρκάσιν ἀνάσσων*, ea et numeros pessumdat, quos reliquae strophae

in eadem sede hos praebent: — ˘ ˘ — ˘, neque sententiam aptam efficiunt, siquidem βωμὸς ἄντες Ἀρχάσιν ἀνάσσων oratio non Pindarica est, sed portentosa et inani repetitione onerata. Primum autem quod Hermannus obsequente Boeckhio coniecit „Ἀρχὰς ἀνάσσων“ i. e. „ara surgens [coll. Nem. VIII. 40.] Arcadica“, utut ingeniosum quaesitum tamen et nimis artificiosum est. Atque sunt haec verba gravius profecto corrupta, quam ut tam levi medicina defungi possimus. Et ἀνάσσων quidem verisimillimum est quum primum in margine pro interpretamento vocabuli ἄντες adscriptum suisset postmodo praecedenti versui adhaesisse, tum, ut assolet, genuina voce extrusa, eius sedem occupasse. Vocabulum Ἀρχάσιν autem, si quid video, rectissime codd. praebent, nam Dativus ut in exemplis supra allatis instrumentalis est, significans: in ludis Arcadicis, quae Lycaeа sunt. coll. Olymp. IX. 96. Ex quo consequens est, omnem emendandi conatum inde proficisci debere, ut retento Ἀρχάσιν pro voce ἀνάσσων aliud quaeratur, quod cum sententiam et numeros expleat tum etiam ductus quam maxime referat vocabuli, quocum commutatum fuit. Sunt autem in hanc conditio-
nem a criticis multa et varia ficta, quorum quod denuo Hermannus, qui locum in libello acad. Lips. retractavit, coniecit: Ἀρχάσι μάσσω languidum est, reliqua commenta [Bergkii πράκτη, Kayseri ἀθλοῖς, Rauchenst. ἔργα] te-
nuia nimis et exilia sunt. Videtur autem Pindarus ἐσλῶ scripsisse, quod vocab. cum de quavis re bona et optabi-
bili nostro usurpatum est: Nem. IX. 6. Pyth. I. 48. VIII. 73.
tum praecipue de victoriis ludicris. Nem. X. 20. "Οσων
Ἀργεῖον ἔχει τέμενος μοῖραν ἐσλῶν. — Scholia par-
aphrasis ad hunc locum cum inveniendae emendationi non
potuisset pro fundamento esse, ut quae accuratius demum
ad singula verba accomodata aliquid profutura suisset,
repertae tamen haud dubie aliquid commendationis adiicit
[ed. Boeckh. p. 288.]: "Οσα τ' ἐν "Ἀργεῖ δὲ καὶ ἐν Θήβαις
ἄλλα· καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ ὅπως δεσπότης γέγονε τοῦ στε-
φάνου ὁ βωμός ἐστι μάρτυς ὁ τοῦ Λυκαίου Διός. Nam si

vetus interpres legit ἐσλὰ, id quidem rectissime explicat „στέφανος“.

Ad hanc de dativo disputationem mox patescit quemadmodum pertineat locus nunc nobis commemorandus, qui cum interpretibus ex quo Pindarus explicari coepit est omnibus fucum fecerit, ne excellentissimi quidem Pindari sospitatores Boeckhius et Hermannus eum ita constitutum reliquerunt, ut possit pro expedito et sanato haberi. Qui viri si maluissent in hac difficultate tollenda quod ante pedes est cernere quam nescio quas machinas circumspicere melius dudum Pindaro consultum fuisse. Verba exstant Pyth. V. 70 – 76. legunturque in optimis libris sic:

70. Ἰζόρτῳ Θήγανδε φῶτες Αἰγεῖδαι

Ἐποὶ πατέρες· οὐ δεῦρ ἄτερ· ἀλλὰ μοῦγά τις ἄγειν.

Πολύθυτον * ἐς ἔρων

73. Ἔρδειν ἀγαδεξάμενοι

Ἄπολλον τεῦ

Καρνεῖν ἐν δαιτὶ σεβίζομεν

76. Κυράρας ἀγαπητέαν πόλιν.

Sententia fere haec est: Poeta Cyrenaeis gratificaturus cum velit ostendere sibi cum ipsis cognationem aliquam intercedere, admonet eos de Aigidis, qui sui iidemque illorum maiores cum Deorum voluntate Sparta Theram advecti essent, quo sacra Carneorum propagarent, posthac has epulas cum Cyrenaeis communicatas fuisse, unde Thebani cognatam sibi Cyrenaeorum urbem in Carneorum festo celebrent.

Videamus nunc de scriptura. Et εἰς quidem [v. 72.] cum metro refragetur neque id habeat cod. Leid. B. qui in Pythiis ex praestantissimis est, ex quo ab Heynio uncis inclusum fuit, meritissimo ex editionibus exulat. Ad sententiam quam sit ineptum dicere non attinet. Recte deinde Boeckhius *Καρνεῖ* pro vocativo habendum esse docuit, nec ut antea creditum fuit pro accusativo pluralis, qui in quibusdam libris etiam sine apostropho scriptus exstat. Quod autem pro sua metrorum descriptione *Καρνῆι* dedit, utrum recte fecerit an potius cum Bergkio *Καρνεῖς* per se solum integrum versum constituens scribendum sit, id cum ad sententiam nihil differat nec nisi

reliquis strophis accurate comparatis decidi possit, nunc tantisper mittamus.

Ut igitur in novissima enuntiationis parte [v. 74—76.] eatenus manifesta est poetae sententia, ut Thebani in Carneorum epulis dicantur urbis Cyrenarum venerabundi memores esse [*σεβίζομεν*], ita verbis proxime praegressis viri docti ancipites animi fuerunt quid faciendum sit ut quorum prout post ᾧγεν an post ἔρανον interpunxeris dupli ratione sententia accipi possit, neutra tamen ea quae prorsus satisfaciat.

Ac primum quidem πολύθυτος ἔρανος cum sint sacra Carneorum, quae communi antiquitatis fama per Aegidas Spartā perhibentur in Theram insulam indeque Cyrenas propagata esse, qui post ᾧγεν distinguunt iis sententia non potest non perversissima evadere eaque, quae nemini Graeco in mentem venire potuerit, Thebanos scilicet a Theraeis Carnea accepisse.

Contra si post ἔρανον incidatur, ut Boeckhio placuit, inextricabili structurae difficultate implicabere, quorsum enim dicas ἀναδεξάμενοι spectare quod nimirum obiectum sibi flagitat? Et Boeckhius quidem hoc participium censet eodem referendum esse quo σεβίζομεν, ita ut accusativus πόλιν simul a verbo finito et a participio pendeat. [conf. explicatt. p. 290.] Sententiam autem hanc esse vult: ut cum Theraei conditores fuerint Cyrenarum, Thebani Theraeorum proavi illam urbem ab his quasi accepisse, acceptam autem eximie fovere et colere dicantur. Quod si Piudarus voluisse — quamquam nescio an nimis quaesita et affectata sit talis sententia — tamen clarius saltem locutus esset, nec qui alioquin verborum fere prodigus sit hoc loco tam parcus exstitisset. Atqui profecto structurae duritia non ferenda est, qua quod utique obiectum sibi flagitat participium ἀναδεξάμενοι multis demum verbis interpositis accusativum „πόλιν“ cumque iam ab alio verbo occupatum sibi invenit.

His igitur tramitibus cum ad finem perveniri nequeat oniassis quae his etiam infelicius ab interpretibus excogitata sunt, iam licebit altiores spiritus sumere et de scri-

ptura mutanda deliberare. Et quae quidem emendatio ab Hermanno proposita est ea non dubitamus quin multis ar-
risura sit:

*Πυλύθυτον ἔραν
Ἐρδεν ἀναδεξαμέναν,
Ἀπόλλον, τεῦ
Καρητεῖ
Ἐν δαυτὶ σεβίζεμεν
Κυράντας ἀγαπημέναν πόλιν.*

Ita si scripseris apte quidem Cyrenae dicuntur venerabiles acceptis Carneorum sacris cum tamen verendum sit, ne sic pereat quod primarium poetae consilium erat, ut demonstraret Cyrenaeos cum suapte patria vinculo quodam pietatis et amicitiae iunctos esse, malim *σεβίζομεν* retineri, quo haec apertius ad Thebanos pertineant. Porro non erit continuo pro pervicaci et obstinato habendus cui displiceat Hermanni *ἀναδεξαμέναν* quod scilicet caussa nulla apparet cur a librariis possit in *ἀναδεξάμενοι* corruptum esse. Certe multo aptior et lenior mutatio in promptu est, in quam cum nescio quo casu factum sit, ut nemodum inciderit, nobis eam invenire licuit; sublata igitur post *ἔραν* interpunctione scribe:

*Πυλύθυτον ἔραν
Ἐρθεν ἀναδεξαμένοις
— — σεβίζομεν
Κυράντας ἀγαπημέναν πόλιν.*

i. e. „unde multarum victimarum epulas nactis Cyrenarum urbem reveremur“. — Dativi quem restituimus cum simplicissima ratio sit, non putamus quemquam exempla circumspecturum esse, sin cupiat adeat Soph. Antig. v. 571. ibique cum reliquos interpretes tum Erfurdium, paulo ruidius Dativum pro Genitivo positum contendentem.

Iam accusativus nobis commemorandus est, quem pariter ut nominativum quando enunciationi alicui ita praeponitur, ut quo referendus sit in sequentibus non appearat, quia sic ellipseos vel anacoluthi specie induitus videtur Grammatici absolutum vocarunt. Et Pindarus quidem unum quod sciām huius structuræ exemplum habet Pyth. X. 10.

Ἄπολλον —

*'Ο μέν που τεοῖς γε μίδεσι τοῦτο ἔπαξεν.
Τὸ δὲ συγγενὲς ἐμβέβακεν ὡρεσιν παρεῖ.*

Ubi quod τὸ συγγενὲς in fronte enuntiationis positum unde pendeat non habet, agnosco accusativum absolutum; non enim ἐμβέβακεν adducor ut hoc loco significatum transitivum habere credam, licet scholiasta [p. 411.] explicet: ἐμβῆναι πεποίηνεν applaudente Boeckhio explicatt. p. 334. qui uterque cum vel maxime oportuerit huius usus exempla asserre nihilomius oblii sunt.

Notabilem quoque accusativi usum ostendit locus explicatu si quis alias difficilis Nem. IV. 15.

- 13. — εἰ δὲ ἔτι ζαμενεῖ Τιμόχριτος ἀλιώ
Σὸς πατήρ ἐθάλπετο, ποικίλον πιθαρίων
- 15. *Θαμά κε, τῷδε μέλει πλιθεῖς*
“Τηρον κελάδησε καλλιτινον
Κλεωραιόν τ' ἀπ' ἀγῶνος ὅρμον στεφάνων
- 18. *Πέμψαντα . .*

ubi participium πέμψαντα utut acceperis iusta fuit caussa cur interpres de structurae duritie quererentur. Nam primum si de hymno acceperis, qui quasi sertum coronarum victori ex certamine miserit, id quam apte et eleganter hymno tribuatur me doctiores viderint modo ne dicant, ut Dissen. comment. ad edit. Goth. p. 397., στεφάνων δημον significatu metaphorico de laudibus intelligendum esse, nam ut id quidem libenter largior, quod negare perineptum foret, hymnum aptissime cum corona non tantum comparari, immo per translationem coronae significari, ut factum est a poeta Pyth. VIII. 56. Nem. VII. 77., ita non potest non absona et affectata videri ea oratio, qua hymnus tanquam persona victoribus laudum coronas mittere dicatur.

Iam quae construendi ratio superest, ut πέμψαντα referendum putes ad victorem Timasarchum, quem coronas paternae domo afferentem pater, si adhuc superstes esset, celebraturus fuerit, in ea cum aegre seu Timasarchi nomen seu pronomen aliquod desideretur, ob hanc ipsam ambiguitatem non prorsus quidem placet tamen dum melior afferatur tantisper sufficere debet. Atqui

tum verbum *κελαδεῖν* duplii accusativo *ἵμυρον* et *πέμψαντα* [sc. σέ] consociatum observare est, quae structura licet insolita sit, non tamen prorsus analogia caret. conf. Bernhardy. Synt. p. 121.

Vocativi quamquam proprie ea simplicitas et tenuitas sit, ut non possit tantac, quanta reliqui casus florent, tamque multiformi et artificiosae varietati structurarum opportunitatem praebere, a Pindaro tamen praceunte Homero usui cuidam exquisitioni destinatus est, quo quae particulae alioquin enunciationibus connectendis inserviunt, caussales et adversatvae, eae post nudum vocativum ut qui per se solus integro orationis membro constituendo sufficiat inferuntur. Quod loquendi genus ut orationi commotae concitatae et vehementi maxime convenit, ita quo his virtutibus Pindarus magis nitet, eo minus, quod tam crebra et luculenta huius figurae exempla præbet, mirandum est. Et δὲ quidem vocativo subiicitur: Pyth. X. 2. Πολβία λακεδαιμών· μάκαιρα Θεσσαλία· πατρὸς δ' ἀμφοτέρωις ἐξ ἐνὸς γένος Ἡρακλεῦς βασιλεύει. ib. v. 10. "Απολλον, γλυκὺ δ' ἀνθρώπων τέλος — αὔξεται. Olymp. VI. 12. Ἀγησία, τίν δ' αἴνος ἔτοιμος. conf. Olymp. I. 36. VI. 103. VIII. 15. Pyth. VIII. 67.

Itemque γὰρ particula. Olymp. IV. 1. Ἐλατὴρ ὑπέρτατε Ζεῦ· τεσὶ γὰρ Ὡραι . . . Nem. III. 65. Ζεῦ τεὸν γὰρ αἴμα.

Haec fere sunt quae in casuum usu apud Pindarum maxime notabilia inveniuntur, quorum cum neque explicatio difficultatibus et dubitationibus exempta sit, neque scriptura semper satis in tuto collocata, quo maiorem operam sibi impendi flagitant, eo magis, ut assolet, animum alliciunt et retinent, ut quae saepius demum considerando recte intelligere et cum aliquo fructu expedire posse Tibi videare.

Pronominum usus mira quadam breviloquentia insignis est, in qua explicanda cum ab interpretibus multum peccatum sit, paulo liceat copiosius eius rationem demonstrare. Etenim in oratione bipartita fit interdum, ut pronomine trajecto bina membra quasi in unum conflentur et

coarentur, cuius rei cum possit duplex ratio esse, aut ut ex priori in posterius aut item contra pronomen transmigret, e Pindaro utriusque generis exemplum promamus. Et ad illud quidem pertinet locus. Pyth. VIII. 68.

Ἄραξ, ἔνορτι δ' εὔχομαι νόῳ.

Κατὰ τὴν ἀγωνίαν βλέπειν

Ἀμφ' ἔνστον ὅσα νέομαι.

De quo loco cum magna sit inter viros doctos dissensio, cum reliqui partim *τὸν* contra Pindaricae dialecti leges pro accusativo habeant, partim *τὸν ἄρμονίαν* pro *σὸν ἄρμονίαν* vel *σὴν ἄρμονίαν* durissimā figurā dictum putent, si mihi videntur verum vidisse, qui *τὸν* cum *εὔχομαι* coniungerent, unde haec structura efficitur *εὔχομαι τὸν ἄρμονίαν* παταβλέπειν *ἔνορτι νόῳ ὅσα ἀμφ' ἔνστον νέομαι*. ubi *ὅσα*, structura ad sensum instituta, relatum ad *ἄρμονίαν*.

Alterius generis luculentum exemplum exstat Pyth. II. 66.

— βουλαὶ δὲ πρεσβύτεραι

Ἄζενδυνον ἵμοι ἔπος ποὺ σὲ πάντα λόγον

Ἐπαινεῖτε παρέχοντε.

ubi *σὲ* a verbo *ἐπαινεῖτε* a quo pendet traiectione separatum est. Universi autem loci sententia quae sit ambigitur; cum enim poeta Hieronem alloquatur: „Prudentia, quam aetate nactus es, tutam mihi concedit orationem ad Te laudandum“, hoc si ita intelligas, quasi dicat „nunc si te magnis laudibus esseram a mendacii periculo tutus sum“, tota carminis indoles refragatur, ut quod non tam laudibus, quam tectis admonitionibus, admixta quadam acerbitate, resertum sit, unde cum Dissenio quod poeta addit: *ποὺ πάντα λόγον* id interpretandum puto: „ad quodvis verbum eloquendum“ i. e. ad id quoque quod reprehensionem contineat.

Adiectiva et participia cum omnino Graecis poetis familiare sit cum in modum traicere, ut sicubi duo nomina substantiva in eadem enunciatione extent, quorum alterum ab altero pendet, ibi quod epitheton alteri propriè convenit, id ab eo divellatur alterique accommodetur, cuius usus cum multi alii exempla collegerint, tum optime

digessit Lobeck ad Ajac. ed. alt. p. 73 sqq. Pindarus quid in hoc genere periclitatus sit non abs re erit demonstrasse.

Et luculentissimum quidem audaciaeque plenum exemplum habes Pyth. IX. 83. Λευκίπποιστι Καδμείων ἀγνιαῖς. Cui non dissimile Pyth. VI. 5. Πνιθόνικος ὕμνων Θησαυρὸς. Obscurius paulo dictum Olymp. XI. 6. Ἐρύνετον ψευδέων ἐνιπάν ἀλιτόξενον, ubi quum Pindarus Agesidamo hymnum pollicitus sit, necdum promisso steterit, Muſas implorat ut opprobrium mendacii in hospitem commissi a se propulsent; vi igitur et sententia ἀλιτόξενος ad ψευδέων pertinere sentimus.

Participium traiectum Pyth. I. 72. Ὁ Τυρσανῶν ἀλαζατὸς, νανσίστονον ὑβριν ἵδων τὰν πρὸ Κύμας. Omnium autem frequentissime hoc cadit in Pronomina possessiva, quae principalem notionem sententiae legitime sequuntur, ut Olymp. VIII. 42. Τευῖς χερὸς ἐργασίαις. Pyth. IV. 255. Υμετέρας ἀκτῖνος ὅλβον. Olymp. XII. 13. τεὰ τιμὰ ποδῶν. Coalescunt scilicet haec quae vocabulis duo sunt substantiva notione in unum.

In verbi [ὅμιματος] usu syntactico illustrando quoniam iis supersedere licebit, in quibus ab Homeri consuetudine Pindarus non recedit, in primis memoratu digna est magna tum in numeris tum in personis variandis et permutandis licentia, quae ex ipso compositionis genere, modo illo subitos transitus et vehementes conversiones, modo molliores anfractus amanti, manavit.

Et satis quidem audacter nec sine aliquo perspicuitatis damno a singulari ad pluralem transitus fit Isth. I. 41.

Ἐτ δὲ ἀρετὴ κατάκειται πᾶσαν ὁργὰν
Ἄμφοτερον δαπάναις τε καὶ πόροις,
Χρῆ μν εὐρότεροιν ἀγάρος κόμπον
Μὴ φθονεραῖσι φέρειν — γνώμαις.

ubi quod in protasi omissum est, pronomen indefinitum *tis*, id quum numero singulari supplendum esse verbum κατάκειται doceat, tamen eius notionem in apodosi pluralis participii εἰρόντεσσιν excipit, quod sane inexpectatum accidit, sit tamen excusatae hoc nostro loco ut in sententia generali, quae nimirum perinde haberi possit,

pluraline numero an singulari pronuntietur. Qua excusatione caret locus Nem. VII. 37.

[Νεοπτόλεμος] ἀποπλέων

Σκύρον μὲν ἄμαστε πλαγχθέντες δ' εἰς Ἐρύνηαν ἵζοντο.

ubi quum in priore membro de solo Neoptolemo narretur in altero simul navigationis comites intelligendi sunt, quorum mentio nondum habita erat.

Imprimis autem in hoc genere memorabilis locus est Pyth. VIII. 65.

[Ἐπαταρόλε] οἵνοι πρόσθετον ἀρπαλέαν δόσιν

Περτυθλίου σὺν ἔοσταις ὑμαῖς ἐπάγγεις.

ubi quum solus Apollo diserte appellatus sit tamen simul ad Dianam respici docet ὑμαῖς. conf. Olymp. VIII. 15. Τιμόσθενες, ὕμιν δ' ἐκλάρωσεν πότμος.

Transitus a plurali ad singularem exemplum extat Olymp. XIV. 15. siquidem Hermannus et Boeckhius recte scripserunt: Θεῶν κρατίστον παιδες, ἐπάκοος γένεν... quod tamen propter corrupta codicum vestigia certa auctoritate caret.

Ex quo fonte numerorum, ex eo etiam personarum frequens mutatio fluxit, cui ipsa carminum ratio et indoles favebat, cum modo ad victorem cui hymnus canebatur modo ad auditores oratio dirigenda esset. Exempla ut in re simplici cumulare non attinet itaque paucis defungamur. A secunda transitur ad tertiam Nem. V. 43—45. Πνεύμα — ἐξούτει. Olymp. XIV. 5—8. Σὺν ὕμιν — καρδίων. Item contra a narratione ad allocutionem. Nem. VI. 62—64. Άλκιμίδα — παῖ, σέ. Nem. IV. 9—14. Τιμασάρχον — σὸς πατήρ. Numerorum et personarum cumulata permutatio mirum quantum valet ad depingendam animi aestuantis perturbationem. Isth. VII. 5—7. ἐγώ — αἰτέομαι — πέσωμεν — θεράπευε δαμωσόμεθα.

Postremo loco particularum usus attingendus est, quarum cum omnino in oratione vincienda et connectenda summa vis et maximum momentum sit, tum in Pindarico sermone egregia subtilitas et varietas dominatur; nunc nos qui magis quae Pindarus propria et peculiaria, quam

quae cum aliis poetis communia habeat, eruere consti-
tuerimus, non nisi potiora eaque ipsa quam poterimus
paucissimis perstringamus.

Et bipartitae quidem orationis membra, quae parti-
culis μὲν — δὲ connectuntur, supra iam demonstravimus
quantam structurarum varietatem ostendant, quando prius
suspensum alterum solutum introducitur. Verum est etiam
ubi praegresso μὲν legitime respondet non δὲ sed τέ, ni-
mirum quum oppositio membrorum non tam indicatur
quam tollitur. Exempla ex multis quae suppetunt pauca
apponamus: Olymp. V. 10. Ἀείδει μὲν ἄλσος ποταμόν τε.
VI. 4. Εἴη μὲν Ὄλυμπιονίκας βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας.
VIII. 88. Τίμα μὲν ἔμνου τεθμὸν, ἄνδρα τε. Omnium
autem maxime illud notabile est, quum post particulam
copulativam disiunctiva sequitur: τέ — ἢ. Isth. VII. 35.
Δί τε μισγομέναν ἢ Διός παρ' ἀδελφεοῖσιν. et in loco
difficili Olymp. I. 104.

— πέποιθα δὲ ξέρον

Μή τιν' ἀμφότερα καλῶν τε ἴδρυν ἄλλον ἢ δύναμιν κυριώτερον
— δαιδαλωσέμεν.

ubi alia etiam inaequalitas supervenit, nam prioris membra
positivo respondet in altero comparativus.

Similis ratio est, quando praecedente τὲ sequitur δὲ,
ut Pyth. IV. 80. Ἄ τε ἐπιχώριος — ἀμφὶ δὲ παρδαλέᾳ
στέγετο.

Particulae disiunctivae cum duobus vel pluribus
membris inter se opponentis destinatae sint, interdum fit,
ut quum reliquae suis locis ponantur, una omittatur.
Pyth. VI. 48. Ἀδικον οὐθὲν ἐπέροπλον ἥβαν. X. 29. Ναυσὶ
δ' οὕτε πεζός. ib. 41. Νόσοι δ' οὕτε γῆρας. Simonid.
Fg. LI. v. 3. Ἀπονον οὐτὲ ἄφθιτον οὐτὲ ἀκίνδυνον. Pyth.
IV. 78. Ξεῖνος αἵτ' ᾧν ἀστός.

Particula δὲ in apodosi post protasin conditionalem
cum magno orationis pondere et vi ponitur Pyth. XI. 57.
Εἴ τις ἥβοιν ἀπέφυγεν μέλανα δ' ἀν' ἐσχατιὰν καλλίονα-
θάνατον σκήσει.

CAPUT TERTIUM.

DE PINDARI METAPHORIS ET LOQUENDI FORMULIS.

Circumspicientibus nobis quid sit cur cum omnes in eo conspirent operae pretium facturum si quis Pindari metaphoras et loquendi formulas collegerit et digesserit, tamen etiamnum haec provincia reicta iaceat, praecipua huius rei caussa visa est, quod quum totam illam silvam congerere difficile et molestum sit, difficillima tamen et uteunque tractaveris dubitationem et reprehensionem habitura huius negotii pars sit generum et specierum distributio. Cum tamen si silentium prorsus de hac regissemus id non tam modestiae quam pigritiae documentum videri potuisset, quippe qui elocutionis Pindaricæ supellectilem ab omni parte excutere et explanare instituerimus, quae caussa aliis nobis multo doctioribus tanto labore recusando sufficiebat, eam aequum fuerit nobis, si minus feliciter res successerit, excusationis saltem aliquid conciliare, qua quantopere hacc nostra opella egeat neque nescimus neque dissimulamus.

Quamobrem quae genera et species in hac mole digerenda constitui possint explorantibus et pertentantibus quod omnium carminum Pindaricorum duplex est argumentum alterum in victoria ipsa quae carminis componendi opportunitatem adserebat positum, alterum a poetæ consilio et voluntate profectum id ipsum monere visum est ut bipartitum quoque formularum et metaphorarum recentissimum faceremus.

Nam qualia fere in carminibus ludorum victoribus destinatis cani solebant, gloria primum victoris, felicitas, fortitudo, tum Deorum benevolentia, commune cognatorum gaudium, iucunda futurarum victoriarum spes, admixtis etiam gravibus utilibusque admonitionibus, talium ex frequenti repetitione quae formularum et locutionum supellex sponte fere subuascens et si non plurimum varietatis, tamen quantum satis erat habitura, poetæ sese offerebat,

ab ea cum genere tum origine multum distat imaginum et translationum extrinsecus modo ex rerum natura modo e vita hominum haustarum locupletissima copia, qua poeta rem alioquin parum novitatis et gratiae offerentem tam egregie exornavit, ut qui eum superaverit nondum exortus sit. Quodsi quot ultiro fere et absque argutiis ex universa carminum ratione efficiuntur, duo metaphorarum et locutionum genera constituimus, alterum complexurum, quae cum praecipue ad victoriam celebrandam spectent ab argumento potius suppeditatae quam a poeta primum excogitatae videntur, alterum quas poeta ipse pro arbitrio vel potius pro egregia arte sua tanquam flores per omnia prata decerpitos orationi exornandae et distinguendae adhibuit haud putamus quenquam fore quin quodlibet exemplum alterutri harum partium commode subiungi posse concedat.

Iam igitur ab eo genere quod primum fecimus exorsi quo commodius quae huc pertinentia Pindarum volentes invenimus suis locis suggeri possint, quasi in tabula totius certaminis imago proponenda sit, ita nunc exequamur, a quibus initiis profecti futuri victores ludorum quo pacto tandem ad dulcissimum et plenissimum laboris praemium et fructum pervenire soliti sint.

In qua autem opinione tota fere antiquitas conspirabat, fortis a fortibus creari [Hor. Od. IV. 29.] patrumque virtutem in filiis subinde reviviscentem in aeternitatem quasi propagari, eam Pindarus tot tamque egregiis exemplis comprobatam pro verissima habens virtutem innatam [*ἀρετὰν σύμφυτον*] opponit eorum, qui doctrina tantum et praecepsis valeant, adminiculis fragilibus iisque haud dubie destituturis, si quis gravius periculum subierit. Nem. III. 40.

Συγγενεῖ δέ τις εὐδοξίᾳ μέγα βούθει.

Ος δὲ διδάκτη ἔχει, ψεφηρὸς ἀνήρ ἄλλοι τοις πεντεντούσιν οὐ ποτέ

ἀπορεύεται.

Κατέβα ποδὶ, μνημῶν δούλητεν ἀτελεῖ τόπῳ γεύεται.

Pindaro enim nativa vis omnium est potentissima. Ol. IX. 100. *Tὸ δὲ φυῆς κράτιστον ἄπαν.* Nem. I. 30. *Χρὴ δὲ*

μάρνασθαι γνῶ. unde patrum praestantia rursus in filiis conspicua sit. Pyth. VIII. 44.

Φυῆ τὸ γενναιὸν ἐπιτρέπει
Ἐκ πατέρων παιὸν λῆμα.

coll. Nem. X. 51. Filii boni non dedecorant originem suam Isth. III. 14. Ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν σύμφυτον οὐ κατελέγχει. coll. Isth. VII. 65 sq. et quasi vestigia legunt maiorum suorum Pyth. X. 12. Ἐμβέβακεν ἵχνεσιν πατρὸς. Nem. VI. 15. Ἰχνεσιν ἐν Πραξιδάμαντος ἐὸν πόδα νέμων. Pyth. VIII. 35. Παλαισμάτεσσιν ἵχνεων ματριδελφεοὺς. Nem. V. 43. Μεταΐσαντα ἀγάλλει μάτρως. Pulcrum hoc quoque cum de iuvene patris virtutem referente dicitur Pyth. VI. 45. Πατρῷαν μάλιστα πρὸς στάθμαν ἔβα.

Quae vero egregia indoles ut quam maxime foveatur atque ad iustum maturitatem perducatur, institutione aliptae opus est, qui quoniam puerilia ingenia ad consummatam virtutem acuit Olymp. XI. 20. Θήξαις δὲ γύντ' ἀρετῇ ποτὶ πελώριον δρμάσαι κλέος ἀνήρ. cum cote comparatur Isth. V. 72.

— φαῆς κέ τιν ἀνδράσιν ἀθληταῖσιν ἔμμεν.
Ναξίου πέργας δὲ ἀλλας χαλκοδάμαντι ἀπόρων.

Et cum vires iuveniles ut navem gubernator regat, dicitur Isth. III. 89. Κυβερνατὴρ οἰακόστροφος. similiter auriga. Nem. VI. 70. Χειρῶν τε καὶ ἴσχύος ἄνισχος. ut apud Simonidem Frigm. CCVI. v. 2. pugnator ipse: παλαισμο-σύνας δέξιος ἄνισχος. Denique quasi opifex et faber est egregiorum athletarum Nem. V. 49. Χρὴ δ' ἀπ' Ἀθανᾶν τέκτον' ἀθλητᾶσιν ἔμμεν.

Corporibus gymnasio et oleo assuetis et exercitatio- nibus firmatis quando deinde iuvenes ex magistri institu- tione iusto certamini destinati prodeunt in ipso actatis flore, adspectu pulcri et ut lepidissime noster dicit Pyth. X. 59. Νέαισιν παρθένοισι μέλημα. quam spem specta- tores ex egregia forma et habitu corporis concipiunt, eam ut strenua virtute et fortitudine comprobent, totis viribus annitendum est: unde frequens apud Pindarum haec lau- dandi formula [Olymp. IX. 94.]: Ωραιος ἐών καὶ καλὸς καλλιστά τε ἡξεας. Nem. III. 19. Εών καλὸς ἔρδων τ'

ξοικότα μορφᾶς. Isth. VI. 22. *Ἄγει ἀρετὰν οὐκ αἰσχιον
φυᾶς.* Simonides Fragn. CCVI. v. 3.

Κάλλιστον μὲν ἵδεν ἀθλεῖν δ' οὐ χειρονα μορφᾶς.

Hi egregii iuentes quo iustius in certaminibus aeternam gloriam sibi inveniunt, tanto maiori contemptui est omnibus eorum ignavia et timiditas, qui segni corde [*Ἀμόχθω
καρδίᾳ.* Nem. X. 30.] ingloriam securitatem quaerentes „in gremio matris remanent“ Pyth. IV. 186.

— *τίτα λεπόμενον*

Τὰς ἀπένδυνον παρὰ ματῷ μέρειν αἰῶνα πέσσοντα.

et certaminum laboribus supersedentes in umbra consequentes. Olymp. I. 83.

Ἀνώνυμον — γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἔφοι μάταν

Ἀπάντων καλῶν ἄμμοδος.

Isth. VII. 70. *Ἡβαν — ἀπειρον ὑπὸ χειρὶς καλῶν δάμασεν,* quorum vero memoria silentio et oblivione obliteratur. Isth. III. 48. *Τῶν ἀπειράτων γὰρ ἄγνωστοι σιωπαῖ.*

Laboribus certaminis rite exantlatis qui tandem victoria potiuntur pulcherrima imagine dicuntur. Nem. V. 42. *Νίκας* ἐν ἀγκώνεσσι πιτνεῖν. et Isth. II. 26. *Χρυσέας* ἐν γούνασι πιτνόντα *Νίκας.* vel Olymp. I. 22. *Κράτει προεμίγνυσθαι.* et quasi vincendo fiant formosiores Olymp. VI. 76. *Ποτιστάζει χάρις εὐηλέω μορφάν.* Praemia victoribus pro illius aetatis morum simplicitate plerumque coronae tribuebantur, unde certamina audiunt ἀγῶνες φυλλοφόροι. Olymp. VIII. 76. Coronas Olympiorum ex oleastro, Pythiorum ex lauro, Nemeorum et Isthmiorum ex apio nexus fuisse cum aliunde constet tum diserte scholiasta ap. Boeckh. p. 5. testificatur [coll. Hermann. Antiquitt. sacr. Graec. p. 254.] *Τὰ δὲ ἔπαθλα τούτων ἐλαία [τῶν Ὀλυμπίων]* δάφνη [τῶν Πυθίων] σέλινον ἔηρὸν [τῶν Ἰσθμίων] τε καὶ χλωρὸν [τῶν Νεμέων.] Quae praemia quo sunt simpliciora tanto poetarum laude celebratiora et illustriora facta sunt. Pindaro vocantur: ἄνθεα, φύλλα, ἔρνεα, πλόκοι, στεφανώματα. quae cum omnibus summe desiderandae videantur et maxime optabiles coronarum omnium flos sunt: στεφάνων ἀωτοι. Isth. V. 4. Olymp. IX. 19. et ἔξαιρετα ἔρνεα Isth. I. 66. vel πορφύρεα ἔρνεα. Nem. XI. 27. et κόσμος χρυσέας ἐλαίας. Olymp. X. 13. Nem. I. 17.

Iudices certaminum, qui victoris capiti coronam imponunt, cum iustissimi et veracissimi sint, ait enim noster Olymp. III. 13.

*Αἰρετῆς Ἐλλυροδίκας γλεφάρων Αἴτωλός ἀνὴρ ὑψόθεν
Ἄμφι κόμαισι βάλῃ γλαυκόχρους κόσμον ἔλατος.*

coronae vocantur: Nem. IX. 53. *Θεμίπλεκτοι.* et propter gloriam, quae frugis instar ab iis decerpitur, Nem. IV. 77. *πλυντόκαρποι,* cumque victorem illustrem reddentes sursum quasi tollant audacius etiam alae vocantur: Olymp. XIV. 24. *Ἐστεφάνωσε κυδίμων ἀεθλων πτεροῖσι χαίταν.* et Pyth. IX. 125. *Πολλὰ δὲ πτερὰ δέξατο νικᾶν.*

Quod praemium qui adeptus est, cum non sibi tantum sed toti familiae suae gloriam paraverit, coronae tanquam thesaurus domi reservantur, unde noster Nem. VI. 27. Bassidarum gentem vocat: *οἶνον ταμίαν στεφάνων.* Quae autem res per se simplicissima dictu erat: „Capiti victoris coronam imponi“, eam satis mirari non possumus quam ingeniose et eleganter Pindarus variaverit, quod quo commodius aestumari possit paulo largius exempla collegimus: Pyth. V. 29. *Γέρας ἀμφέβαλε κόμαις.* Isth. I. 27. *Ἀνδρ-σύμενοι ἔρνεστι χαίτας.* Nem. XI. 27. VI. 18. Isth. IV. 9. Olymp. III. 6. *Χαίταισι μὲν ζενχθέντες ἐπὶ στέφανοι.* Isth. VI. 39. *Χαίταν στεφάνοισιν ἀρμόσαις.* de Callicle Nem. IV. 88. qui frondibus quasi vireat: *Ἐν ἀγῶνι βαρυ-κτύπον θάλησε Κορινθίοις σελίνοις.* Olymp. XIII. 32. *Λέτον ἔρεψαν πλόκοι σελίνων.* Nem. VI. 46. *Βοτάνα λέοντός νιν ἔρεψε.* Simonides Fragm. CCV. v. 4. *Ὤραι ἐσκίασιν λιπαρὰν ἔθεισαν.*

„Gustant“ etiam victores coronas Isth. I. 21. *Γενόμενοι στεφάνων νικαցόρων.* Sed audacissimum omnium est, cum victores dicuntur frondibus immisceri: Nem. II. 22. *Ὀκτὼ στεφάνοις ἔμικθεν ἥδη.* Nem. I. 17. *Φίλλοις ἔλαταν μικθέντα.* IV. 21. *Καθμεῖοί νιν ἄνθεστι μίγνων.*

Victoria ludicra cum humanae vitae aliquoquin fragili et parum contra fortunae vices et casus munitae quasi lux quaedam divinitus immissa affulgeat, Pindaro Pyth. VIII. 97. vocatur: *Αἴγλα διόσδοτος.* coll. Pyth. III. 74. et

Pyth. VIII. 98. λαμπρὸν φέγγος. cf. Nem. IX. 41. Nem. III. 84. φάος. Isth. III. 60. Ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν ἀσβεστος αἰεί. Pyth. XI. 47. Ἔσχον θοὰν ἀκτῖνα σὺν ἵπποις. Pyth. V. 42. Σὲ φλέγοντι χάριτες.

Quod donum cui Dii faventes tribuerunt summum descendit felicitatis fastigium: Ἀχρὰς βαθυίδας Pyth. V. 6. et ad eum proiectus est terminum ultra quem tendere humanae naturae negatum est. Unde apud nostrum quibus id contigit dicuntur, tralatione a navigantibus sumpta: „ad Herculis columnas proiecti esse“. Olymp. III. fin. Ἀρεταῖσιν ἐπτεται Ἡρακλέος σταλᾶν. Itemque Isth. III. 30. Pyth. X. 29. Περιώνει ποδὸς ἔσχατον πλόον. ubi simul admonet ut ne ulteriora affectent. conf. Nem. IV. 69. III. 21. Isth. V. 12. Vel quasi illi montis altissimi cacumen ascenderint Nem. IX. 47. ait: Οὐκέτ' ἔστι πόρσω θνατὸν ἔτι σκοπιᾶς ἄλλας ἐγάψασθαι ποδοῖν.

Patria, quae aliquem tam egregium civem procreavit, simul de victoria gaudet eaque nobilitatur. Victor enim urbem suam illustrat. Pyth. IX. 91. πόλιν εὐηλεῖται. Simonides Frigm. CCIX. v. 2. ἐπενκλεῖται. et CCXIII. v. 12. εὐθραίνει. Olymp. V. 4. αὐξεῖ. Olymp. IV. 11. Κῦδος ὕρσαι σπεύδει Καμαρίνῃ. V. 8. Κῦδος ἀνέθηκε πατρίδι. XII. 19. Νυμφᾶν λοντῷ βαστάζει. Nem. IX. 31. Ἀγλαῖαισιν ἐπιμίσαι λαὸν. Frigm. inc. 125. Τὸ κοινὸν ἐν εὐδίᾳ τιθεῖς.

Sed quoniam omnis haec quantavis gloria ut dum ipsi illi vivunt florentissima et viridissima est, ita post mortem tenebris et silentio obliteratur nisi poetarum ope ab olivione vindicata fuerit, ne virtus et fortitudo tam strenua pulcherrimo laudis praemio defraudentur, hymnum tanquam debitam sibi mercedem a vatibus poscit Pyth. IX. 104. Πράσσει χρέος. coll. Olymp. XI. 3. 7. Pyth. VIII. 32. Itaque hymnus est: Nem. VII. 63. Ποτίφορος ἀγαθοῖσι μισθός. Pyth. I. 77. et Pyth. II. 14. Ἀποιν' ἀρετᾶς. Isth. III. 7. VII. 4. Nem. VII. 16. Olymp. VII. 16. et Pyth. I. 58. Ποιητὴ τεθρίππων.

Sicut autem post magnos labores exantlatos quae perse grata sunt etiam iucundiora propter memoriam molestiarum superiorum accidere solent, ita hymnus in hilari

commissatione et laeto amicorum conventu cantatus optime pugnatorum membra et animos defatigatos reficit et mulcet et ad novos conatus reparat. Nam Nem. VIII. 50. Ἐπαιδεῖς δ' ἀνὴρ νοέντων καὶ τις κύματον θῆκεν. Nem. IV. 3. Ἀοιδαὶ θέλξαν νῦν. Merito igitur hymnus est: Pyth. IV. 187. Φάρμακον ἀρετᾶς. et Nem. III. 17. Καματωδέων πλαγῶν ἄχος ὑγιησὸν.

Cum igitur tanta tamque ab omnibus confessa esset hymnorum dignitas et auctoritas, ut quod egregie factum poetarum laude careret fere pro infecto haberetur, Pindarus quo melius intelligebat, se minime vulgaribus donis amicos suos ornare, tanto diligentius fecit, quod omnibus temporibus omnes poetae fecerunt et optimus quisque optime, ut artem suam quam plurimum commendaret et laudaret, unde recte Plutarch. de laude sui cap. I. Πίνδαρος οὐ παύεται μεγαληγοδῶν περὶ τῆς ἔαντοῦ δυνάμεως. Quamvis autem mercede conductus carmina sua componeret, tamen adeo non vili et humili ratione laudes impertivit ut suo iure sese Gratiarum hortum et agrum colentem finxerit. Olymp. IX. 26. Σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ ἔχαιρετον Χαρίτων νέμουμαι κάπον. Pyth. VI. 2. Ἄρονραν Χαρίτων ἀναπολίζομεν. Poetae audiunt Nem. VI. 33. Πιερίδων ἀρόται. coll. Nem. X. 26. Et omnino variis et ingeniosis imaginibus munus suum victorum immortalitati consulendi nobilitavit. Nam modo se currum Musarum ascendere fingit: Olymp. IX. 81. Μοισῶν δίγρον. Pyth. X. 65. Ἄρμα Πιερίδων τετράροδον. Isth. VII. 62. Ἔσσονται Μοισαῖον ἄρμα. Fg. Scol. 3. Ἐρατῶν ὅχημ' ἀοιδᾶν. Praeivit Simonides Fragm. CCV. v. 10. Ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθεῖς. Quam imaginem ut docuit Bernhardy. Dion. Perieg. p. 650. lyrici poetae ab ipsis, quae canebant, certaminibus currulibus transtulerunt, simul quod metaphora ipsa propter splendorem placebat, simul victoribus gratum facturi. Immo, unde intelligas a Pindari severitate et austernitate facetias et lepores non asuisse, ne rhe-dam mularem quidem Agesiae, quae Olympia vicerat, Musarum sublimi currui adiungere reformidat. Olymp. VI. 22. Ζεῦςον ἥδη μοι σθένος ἡμίόνων — χρὴ τοίνυν πύλας

ἵμνων ἀναπιτνάμεν αὐταῖς. — Modo simulat iaculo scopum sibi ferendum esse, qua figura egregie profecto sententiarum et orationis vim subitam et vehementem significat. Pyth. I. 44. Ἐλπομαι μὴ χαλκοπάραυον ἄπονθ' ὥσείτ' ἀγῶνος βαλεῖν ἔξω παλάμα δονέων. Nem. VI. 28. Σχοποῦ ἄντα τυχεῖν ἀπὸ τόξου ἵείς. Isth. II. 3. Ἐτόξενον μελιγάρνας ὑμνονς. Olymp. XIII. 93. Εὐθὺν ἀπόντων ὁμύβον. IX. 5. Ἐκαταβόλων Μοισᾶν ἀπὸ τόξων. I. 111. Μοῖσα καρτερώτατον βέλος ἀλκῆ τρέφει.

Nonnunquam carminum cursum cum itinere maritimo comparat: Nem. V. 50. Λίδοι φωνὰν ἀνὰ δ' ἵστια τεῖνον πρὸς ζυγὸν καρχασίον. Pyth. II. 62. Εὐανθέα ἀναβάσσομαι στόλον. Nem. III. 27. Πρὸς ἀλλοδαπὰν ἄκον ἐμόν πλόον παραμείβεαι. Atque ubi ipse se a longiore digressione ad rem revocat ancorae imagine utitur Pyth. X. 51. Ἀγνυραν ἔρεισον χθονὶ. XI. 40. Nem. IV. 70. Novit quoque ventum carminum secundum, quem ut par est in navigatione poetica Musa, quae vatibus praesidet, regit: Nem. VI. 30. Ἐπέων οὖρον. Olymp. IX. 47. Ἐπέων οὖρον λυγὴν. Pyth. IV. 3. Αὔξης οὖρον ὑμνων.

Quid denique? quod carmen suum „bellaria“ vocat Fragm. Scol. 8.

Δεῖπτον δὲ λήγοντος γλυκὺν τρωζάλιον
Κατπερ πεδ' ἀρθονον βορύν.

Hinc appareat quam amplum formularum et figurarum elegantissimarum apparatum ad hymnos satis digne laudandos Pindarus in sua potestate habuerit.

Ut autem quae lepida sunt semper sic protulit, ut iucundius non possit, sic gravia gravissime quoque eloqui sustinuit, possuntque eius carmina pro thesauro vitae praeceptorum optimorum et admonitionum haberi. Nam cum omnino hominum animi in rebus prosperis ad fastum et superbiam propensi sint, quo hoc magis in iis verendum erat, qui summum humanae felicitatis gradum attigerant, tanto intentius et gravius poeta eos hortatur ad temperantiam et modestiam, ne vento secundo afflati sese ex recta virtutis via transversos agi patiantur. Noli, ait, Deorum felicitatem affectare Isth. IV. 14. Μὴ μάτενε

Ζεὺς γενέσθαι. Olymp. V. 24. Μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι.
Pyth. X. 27. Ὁ χάλκεος οὐρανὸς οὐ ποτὲ ἀμβιτός. Pyth.
III. 59. Χοὴ τὰ ἐοικότα πᾶς δαιμόνων μαστευέμεν θνα-
ταῖς φυσίν. Nam stultorum et dementium est „longin-
qua spectare“ Pyth. III. 22. Παπταίνειν τὰ πόρσω. Isth.
VI. 43. Τὰ μαρῷ παπταίνειν. Olymp. I. 114. Παπταίνειν-
πόρσιον. IX. 38. Κανχῆσθαι παρὰ παρὸν. Pyth. II. 88.
Στάθμας ἐλκόμενοι περισσᾶς. Pyth. III. 22. Μεταμώνια
θηρεύειν.

Pindarus mediocritatem vitae commendat quae tutissima et stabilissima sit. Pyth. XI. 52. *Ἐνδίσκῳ τὰ μέσα μαροτέρῳ ὅλῳ τεθαλότα. III. 62. Τὰν ἔμπορων ἄντλει μαχανὰν.* Nem. XI. 47. *Μέτρον θηρευέμεν.* Si vero cui Dii magnas divitias tribuerunt, eae neque servari neque reapse usui esse possunt, nisi sapientia et virtutibus ornatae sint. Pyth. V. init. *Ο πλοῦτος εὐρυθενῆς ἀρετῇ παθαρῷ κενοματένος. II. 56. Πλούτειν τὸν σοφίᾳ ὕσιτον.* Olymp. II. 53. *Ο πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος φέρει παρόν.*

Hominum autem vel summa et cumulata felicitas quominus stet et duret Deorum invidia obstat Isth. VI. 39. *Ο ἀθανάτων φέρονς. Pyth. X. 20. Φεονεραι ἐκ θεῶν μετατροπίαι.* Quid crastinus dies afferat incertum Isth. VII. 14. *Ἄόλιος γὰρ αἰών ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται. Pyth. X. 63. Τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν ἀτέκμαστον προνοῆσαι.* Nam apud Deum summum est omnium rerum arbitrium et imperium Olymp. XIII. 104. *Ἐλπομαι μὲν, ἐν θεῷ γε μάντελος. ib. v. 83. Τελεῖ θεῶν δύναμις καὶ τὰν πᾶς ὅρκον καὶ παρὰ ἐλπίδα κούραν κτίσιν. Pyth. V. 115. Λιός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ δαιμονίου ἀνδρῶν.* Hominum ratiocinationes falluntur. Fg. inc. 72. *Απατᾶται φροντὶς ἐφαμερίων.* et Deus alias alium sursum extollit alium deorsum premit. Pyth. VIII. 77.

— δαιμονί —

*Ἄλλοτ' ἄλλον ὑπερθε βάλλω, ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν
Μέτρῳ καταβαίνει.*

Quas hactenus perstrinximus metaphoras et loquendi formulas omnes peraeque si non ad ipsam victoriam ludi-

eram at certe ad conditionem eius qui victoria potitus est spectantes, eae ut facile et sponte fere ordinem quem poscunt sibi invenerunt ita incerta et dubia est ratio earum, quas poeta citra argumenti ipsius necessitatem ex omni rerum genere libatas orationi applicuit, quae quo magis origine inter se diversae sunt, quum singulas enumerare infiniti operis foret, tanto difficilius certis finibus circumscribi et comprehendendi sustinent. Cum autem quae translatio vocatur ea sit, qua vocabulum, quod proprium est in certo quodam loco, cum virtute orationis accommodatur in alium locum, ubi proprium aut deest aut parum ornatum [conf. Quint. VIII. 6. 5. 6. auct. ad Herenn. IV. 34. 4. 5.], sicut quodlibet vocabulum alterutra ratione proprium sit necesse est aut in rebus quae a natura ipsa procreantur, aut iis quae hominum vitam, conditionem, mores constituunt: ita prout hinc vel illinc mutuando metaphorae fiunt duorum diversorum generum sunt.

Ac primum quidem exequamur ea vocabula, quae cum propria sint in iis quae a rerum natura gignuntur a Pindaro ad significatum metaphoricum deflectuntur.

Ut igitur a coelo et sideribus initium fiat, egregius locus extat in carmine Pyth. III. 75. ubi poeta Hieronem, tum graviter aegrotantem, consolatur laeto victoriae Pythiae nuntio, quem utinam ait Tibi simul cum sanitate afferre possēm, tum profecto, „sidere coelesti clarius et illustrius lumen Tibi affulgerem!“ *Ἀστέρος οὐρανίον φαμι τηλανγέστερον πείνω φάος ἔξικόμαν.* — Etiam divitiae cum virtute partae et coniunctae sidus perillustre Olymp. II. 55. *Ἀστήρ ἀρίζηλος* vocantur.

Ab iis rebus quae in aere gignuntur velut venti tempestates Pindarus multas easque pulchritudine insignes imagines traduxit ad hominum sortem et conditionem, tot vicibus turbatam et agitatam! Velut graves fortunae casus hominibus exitium minitantes cum infensa imbrium brumalium vi comparantur. Pyth. V. 112. *Φθινοπωρίς ἀνέμων χειμερία παταπνοά.* Et sicut nubilis discussis et post procellas placatas lumina serenitatis per totum coelum diffunduntur: ita post graves tristesque casus ali-

quando ad laetiorem et beatiorem statum res humanae redeunt. Pyth. V. 10. Εὐδία μετὰ χειμέριον ὄμβρον. Isth. I. 40. Πότμος ἀρχαῖας νῦν ἐπέβασε εὐάμερίας. VI. 37. Γαιάρχος εὐδίαν ὅπασσεν ἐκ χειμῶνος.

Venti alias aliunde flantes admonent de inconstantia et mutabilitate fortunae humanae. Pyth. III. 105. "Ἄλλοτε δ' ἄλλοιαι πνοαι ὑψηπετᾶν ἀνέμων. Olymp. VII. 95. "Ἀλλοτ' ἄλλοιαι διαιθύσσοισιν αὖραι. Isth. III. 23. "Ἄλλοτε ἄλλοιος οὖρος πάντας ἀνθρώπους ἐπαΐσσων ἐλαύνει. cf. Olymp. XIII. 27.

Ad belli et pugnarum vehementiam et perniciosam vim indicandam imagine grandinis et nubium utitur: Nem. IX. 38. Φόνον παρποδίον νεφέλα. Isth. III. 35. Τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο. Simonides. Frigm. CXLVIII. v. 4. Τρηζεῖαν πολέμου δεξάμενοι νεφέλην. Isth. IV. 50. Ἀναριθμῶν ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ. Isth. VI. 27. Ἐν ταύτῃ νεφέλᾳ χάλαζαν αἷματος ἀμύνεται. Bacchylides Frigm. XXXIV. ed. Bergk. Ἐγχρίμπτει νέφος ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαν γαῖαν. Pugna Salamimia Pindaro audit Isth. IV. 48. Πολυφθόρος Λιὸς ὄμβρος. Et Amphiaraum ingenti impetu in hostes irrumpentem nominat Nem. X. 9. Πολέμοιο νέφος. Simonidi mors ipsa, quae quasi noctem oculis obducat, est νέφος. Frigm. CLIV. Κνάνεον θανάτον ἀμφεβάλοντο νέφος.

Ad quod nunc accedendum est metaphorarum genus originem dicens ab agris iisque rebus, quae ex terra procreantur et aluntur velut arbores et flores, eius quae exempla continuo afferam, ea propter insignem gratiam et simplicitatem non multum abest quin — dicam enim quid sentiam — cum Pindarus tot tamque egregias imagines praebeat, tamen pro pulcherrimis et praestantissimis habeam. Ait autem: quod fit in agris etiam fertilissimis ut non continue, sed alternis demum fructus praebeant, alternis vires colligentes quiescant, idem cadit in hominum gentes, quae cum neque omnibus temporibus robore gymnico floreant, neque qui inde oriundi sunt pariter omnes virtute fortitudine dexteritate emineant, exoriuntur subinde demum qui quasi vindices a Diis pristinae gloriae

redintegrandae destinati, ceteris omnibus excellunt suique memoriam ad posteritatem propagant. Nem. VI. 8.

Τεκμαίδει καὶ νῦν Ἀλητιδας τὸ συγγενὲς ἴδεῖν
Ἄγχι παροφόροις ἄρουραισιν, αἵτ' ἀμειβόμεναι
Τόπα μὲν ὡν βίον ἀνδράσιν ἐπητειανόν πεδίων ζδοσσαν,
Τόπα δ' αὐτῷ ἀναπανσάμεναι σθένος ζμαρψαν.

Nem. XI. 37.

— ἀρχαῖαι δ' ἀρεταὶ
Ἀμφέροντ' ἀλλασσόμεναι ἀνδρῶν σθένος.
Ἐν σχεδῷ δ' οὔτ' ὡν μελαιναι καρπὸν ζδωκαν ἄρουραι.

Gentem Cleonymidarum quae gravibus belli cladibus afflita Deorum ope tandem novo flore reviruerit, horto similem esse, qui post frigora hiberna vere redeunte laetissimos flores emittat Isth. III. 36. Μετὰ χειμέριον ζόφον χθὼν ὅτε φοινικέοισιν ἄνθησεν ἁόδοις. Virtutis gloria poetarum laude ab oblivione et obtrectatione vindicata ut arbor surgit „ad liquidum aetherem“ Nem. VII. 40. Αὔξεται δ' ἀρετά, χλωραῖς ἔρσαῖς ὡς ὅτε δένδροεον ἄσσει — πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα. cui contrarium est, cum gloria dicitur quasi folia abiicere. Olymp. XII. 18.

Ἄκλητης τιμὰ πατερψυλλορόήσε ποδῶν.

Non extra vulgarem usum positae sunt eae metaphorae, quibus suboles vocatur ζρος Fragm. Prosod. I. v. 2. Isth. III. 63. Nem. VI. 38. origo autem et initia alicuius rei germina seu radix ἥζα Isth. VII. 55. Pyth. IV. 15. σπέρμα. Olymp. VII. 93. Pyth. IV. 255. φυτεύεσθαι. Nem. VIII. 16. itemque quibus quae res viribus atque omnis generis laude abundant floris, imagine illustrantur: sic ἄνθος. Pyth. IV. 58. θάλλειν. Olymp. IX. 16. Pyth. IV. 65. VII. 20. IX. 8. XI. 53. Isth. III. 5. 22. V. 1. VI. 49. ἀνθεῖν. Olymp. X. 10. XIII. 23. Pyth. I. 66. X. 18. Nem. IX. 39.

Etiam e belluis, quibus quidem aut propter fortitudinem aut calliditatem aut aliam quandam rem insignem, ipsarum naturae propriam, cum hominibus aliqua intercedit similitudo, nobiliores honorifice, humiliores non sine irrisione cum hominibus comparat. Velut aemulos suos facete cum graculis, inanem eorum loquacitatem traducens Nem. III. 83. Κραγέται δὲ πολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται. Si-

militer adversarios suos Simonides nuncuparat **Fragn.**
CCXXIV. τέττιγας ἀμέτρονς.

Vulpecularum mores Pindarus tribuit Hieronis aulicis Pyth. II. 77. Ὁργαῖς ἀτενὲς ἀλωπέκων ἵκελοι, qui cum regi tum admodum iuveni optima et saluberrima quaeque suadere simulent, de suo tantum commodo solliciti sint; genus hominum profecto hodieque nondum sui dissimile factum!

Honorificentius Melissum Thebanum, qui in certamine adversarium multo fortiorum dolo et dexteritate superarat, vulpem vocat Isth. III. 65. Μῆτιν ἀλώπηξ. Eundemque in versibus proxime praecedentibus leonem [v. 63.] propter animum fortem et ferocem; qui locus cum in codicibus sic scriptus exstet:

— τόλμαι γὰρ εἰκὼς
 Θυμὸν ἐριθρεμετᾶν θηρῶν λεόντων
 Ἐν πόνῳ κτέ.

cum propter formam εἰκὼς semel tantum in Homero Il. XXI. 254. obviam neque usquam alibi, tum propter infinitivum θηρῶν ad sententiam admodum durum, suspectus quidem fuit omnibus interpretibus tamen a nemine dum prorsus sanatus est. Itaque vide an sic scribendus sit:

Τόλμαι γὰρ αἰνέων
 Θυμὸν ἐριθρεμετᾶν θηρῶν λεόντων
 Ἐν πόνῳ . . .

In qua scriptura θηρῶν debetur Heynio, αἰνέων ut pone-rem mihi persuasit locus Isth. VI. 32, Αἰνέων Μελέαγρον, αἰνέων δὲ καὶ Ἐκτορα. ubi αἰνεῖν est „aemulari“. De participii ultimis duabus syllabis in unam contractis conferendus Boecklius in nott. critt. p. 404. et 416. Denique ad velocitatem significandam Pindarū imagine equi [Olymp. IX. 23.] et delphini [Nem. VI. 68.] utitur.

Quodsi confitendum est quod modo recensuimus metaphorarum genus inimitabili quadam simplicitate distinctum esse, quae cum omnino iis quae a natura primum orta sunt miram venustatem conciliet, tum etiam illae ex rerum natura petitae imagines efficit ut iucundissimac planeque admirabiles videantur, tamen quod alterum genus fecimus, cum ea vocabula complectatur quae propria sunt

in hominum vita negotiis et instrumentis, quo a cultioribus et artificiosioribus rebus originem dicit, eo magis lectis et exquisitis figuris abundat. Atqui cum conflatum sit ex plurimis iisque diversissimis partibus quoniam singula ad certas quasdam species revocentur necesse est, in primis cavendum erit, ne nimia partitione utamur, quae tantum abest ut intellectum adiuvet et sublevet, ut animos legentium defatiget et a re abalienet.

Neque vero putamus quemquam nos argutari questurum esse, si quotquot ex hominum vita et institutis metaphoras Pindarus sumpsit, eas in tres classes distribuerimus, quarum prima capiet eas quibus hominum persona habitus sensus tribuitur rebus inanimis; altera eas, quae ab hominum negotiis et institutis sumptae sunt; tertia denique complectetur, quas ab instrumentis et aedibus poeta mutuatus est.

Ac primum quidem cum hominum persona rebus inanimis impertitur, ea quam vocant prosopopoeiam oritur, cui cum omnes fere rhetores propter egregiam vim [*τῷ ἐνέργειαν ποιεῖν*] et quod res quasi ob oculos ponat [*τῷ πρὸ δημάτων ποιεῖν*] primas in orationis poeticae supellectile tribuerint, tum diserte de ea praecipit Aristoteles Rhet. III. 11. init. Λεκτέον δὲ τί λέγομεν πρὸ δημάτων, καὶ τί ποιοῦσι γίγνεται τοῦτο. λέγω δὴ πρὸ δημάτων ταῦτα ποιεῖν ὅσα ἐνεργοῦντα σημαίνει — — ως πέχογηται^c Ομηρος πολλαχοῦ τῷ τὰ ἄψυχα ἔμψυχα λέγειν διὰ τῆς μεταφορᾶς. ἐν πᾶσι δὲ τῷ ἐνέργειαν ποιεῖν εὐδοκιμεῖ. et Demetrius de elocut. ed. Goeller. §. 81. Ἀριστη δὲ δοκεῖ μεταφορὰ τῷ Ἀριστοτέλει ἡ κατ' ἐνέργειαν καλονμένη, ὅταν τὰ ἄψυχα ἐνεργοῦντα εἰσφέρει καθάπερ ἔμψυχα. conf. Quint. inst. or. IX. 2. 29.

Et Pindarus quidem cum huius figurae innumera fere exempla praebeat plus minus audacter et significanter dicta nos in enumerandis exemplis quam poterimus maxime compendium facturi paucis iisque luculentissimis fungamur.

Saepissime a qua re alia quaedam originem dicit eius vocatur suboles ut Olymp. X. 3. Οὐρανίων ὑδάτων δη-

βρίων παιδῶν νεφέλας. Nem. IX. 52. Βιατὰν ἀμπέλου παιδα. Olymp. II. 33. Ἀμέραν παιδ' ἄλιον. Nem. IV. 3. Μοισαν θύγατρες ἀοιδαὶ. Fragm. inc. 122. Ἀλαλὰ πολέμου θύγατερ. Fragm. inc. 140. Λιὸς παιᾶς ὁ χρυσός. Pyth. V. 26. Ἐπιμαθέος θυγατέρα πρόφασιν. Itemque contra, illa parens vocatur: Olymp. XIII. 10. Ὑβριν κόρον ματέρα θρασύμνθον. II. 17. Χρόνος ὁ πάντων πατήρ. Quae res eminet inter alias cuique aliae subiectae sunt audit „rex“. Fragm. inc. 48. Νόμος ὁ πάντων βασιλεύς. Fgm. inc. 30. Ἀνακτα πάντων ὑπερβάλλοντα χρόνον. Olymp. XIII. 107. Βωμὸς ἄναξ. et multa sunt id genus vocabula ut μάρτυς. Pyth. XII. 26. Λόνακες πιστοὶ χορευτῶν μάρτυρες. Nem. III. 22. Κίονας ναυτικίας ἐσχάτας μάρτυρες. Olymp. I. 33. Ἀμέραι μάρτυρες σοφώτατοι. Fragm. inc. 128. Φθόνον κενεοφρόνων ἔταιρον ἀνδρῶν. 125. Στάσιν πενίας δότειραν.

Frequentissima figura urbes vel terrae tanquam feminae introducuntur, nonnunquam liberius ita, ut loci significatio nondum prorsus evanuerit, sed in sententiae parte subdit Pyth. XII. 1. Καλλίστα πολέων Φερσεφόνας ἔδος, ἡτ' ὅχθαις ἐπὶ Ἀκράγαντος ναίεις. Pyth. IX. 55. Εὐρυλείμων Λιβύα δέξεται νύμφαν δώμασιν ἐν χρυσέοις.

Paulo alia ratio est, cum corporis humani partes metaphorico significatu ponuntur, quod plerumque factum in regionum vel montium descriptionibus Pyth. IV. 26. Νάτων ὑπερ γαίας ἐρήμων. ib. v. 8. Κτίσσειεν πόλιν ἐν ἀργάνεντι μαστῷ. Pyth. IX. 5. Ἀνεμοσφαράγων ἐκ Παλίου κόλπων. Olymp. IX. 59. Μαιναλίαισιν ἐν δειραῖς. Olymp. III. 27. Ἀρκαδίας ἀπὸ δειρῶν. Nem. IV. 54. Παλίου πὰρ ποδὶ. Pyth. XI. 36. Παρνασσοῦ πόδι ναίοντα.

Vocabulum δράμαλος cum splendorem significat Pyth. V. 17. Συγγενῆς ὁ δράμαλος, tum quodcumque illustre et praestans est: Pyth. V. 52. Ο Βάττον ὅλβος ὅμιλα φαενυότατον. Olymp. II. 10. Σικελίας τ' ἔσαγ δράμαλος. Egregiis quibusdam metaphoris opportunitatem dedit vocab. πρόσωπον ut in illo celebratissimo Olymp. VI. init. Ἀρχομένον ἔργον πρόσωπον τηλανγὲς. itemque lepidissime hymnos mercede pacta compositos vocat Isth. II. 8. Ἀρ-

γυρωθεῖσαι πρόσωπα μαλθακόφωνοι ἀοιδαί. et de veritate patefacta Nem. V. 17. *Φαινοισα πρόσωπον ἀλάθει ἀτρεκής.*

Viscum thuris e corticibus profluentem per pulchre vocat Fragm. Scol. I. v. 2. *Χλωρᾶς λιβάνον ξανθὰ δάκρυνα.* Heroes Troianos qui cum urbem fortiter defenserent ab Achille caesi sunt Isth. VII. 53. *Τρωῖας ἵνας.*

Liceat quoque hoc loco verba quaedam recensere quae cum propria sint in rebus animalibus ad res, quae cogitatione tantum et mente comprehendendi possunt, transferuntur. ut Isth. III. 5. *Ζώει δὲ μάστων ὄλβος ὅπιζουμένων.* Nem. IV. 6. *Ρῆμα ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει.* Isth. VI. 16. *Παλαιὰ εὑδει χάρις.* Denique memorandum verbum γενόματι translatum ad ea quae mente et animo percipiuntur. Nem. VI. 25. *Πόνων ἔγεινσαντο.* Pyth. IX. 35. *Γενέται ἀλκᾶς.*

Haec et si quae his similia afferimus, fieri quidem potest ut quisquam vix digna in quibus immorandum sit censeat, licetque haec per se spectata leviora et exigui momenti videantur, tamen nos parva rati desinere parva esse, quando cum maioribus et gravioribus coniungantur, facile nobis excusationem impetraturos esse sperabamus, si in hac commentatione etiam eorum, quae minus nitent et splendent, non incuriosi fuerimus.

Iam ad eam, quam alteram fecimus classem si progredimur ea vocabula complectentem, quae proprie convenient hominum negotiis, institutis et quotidianaे vitae actionibus, cum primum quasdam haud ignobiles translationes navigatio poetae suppeditaverit, egregiâ fluctuum navem operientium vel etiam naufragii imagine significantur fortunae casus et res adversae. Olymp. XII. 12. *Οἱ δὲ ἀντιαραῖς ἀντικύρσαντες ζάλαις.* Isth. I. 36. *Ἐρειδόμενον ναναγίαις ἐξ ἀμετρήτας ἄλδος ἐν προέσσῃ συντυχίᾳ.*

Deinde eius, qui ad gubernaculum sedet, intenta mente et prudenti consilio navem dirigentis munus non indignum Pindaro visum est, quocum summum Deorum, omnium rerum ordinem et modum nutu suo regentium, imperium compararetur. Pyth. IV. 274. *Θεὸς κυβερνατὴρ.* V. 115.

Αἰός νόος κυβερνᾷ. Eadem figura de summa civitatum administratione usurpatur. Pyth. X. 72. *Πολίων κυβερνάστις ἐν ἀγαθοῖσι κεῖται.*

Quae metaphorae a venatione petitae sunt, eae intentum et assiduum studium alicui rei impertitum significant velut certaminum Nem. VI. 14. *Ἄμφι πάλαι κυναγέτας.* Pyth. III. 23. *Μεταμώντα θηρεύειν.* Nem. XI. 48. *Μέτρον θηρευέμεν.*

A certaminibus ludicris ipsis in quibus celebrandis Pindari poesis tota versatur profecto fieri non potuit quin quasdam formulas quaequidem aptissimae videbantur, poeta in suum usum converteret; quod facetissime factum Nem. IV. 93. ubi luctatorum artificia ad canendi dexteritatem traduxit: *ἔριδα στρέψοι.* v. 94. *ἔγματα πλέκων.* ἀπάλιστος ἐν λόγῳ ἔλκειν. et v. 96. *Τραχὺς παλιγκότοις ἔφεδρος.* Nec minus lepide Nem V. 19. cantus sui vim et impetum cum saliendo certamine comparat:

— *Μακρὰ δὴ*

Ἀντόθεν ἄλματ' ὑποσκάπτοι τις· ἵκω γονάτων ἐλαφρὸν δρμάν.

„fodiat aliquis vel magnam scrobem equidem nihilominus transsilire potero“. conf. Dissen. comm. ed. Goth. p. 418. Loci Nem. VII. 70.

— *ἀπομνύω*

Μὴ τέρμα προβάς ἄκονθ' ὡτε χαλκοπάραον ὅρσαι

Θοάν γλῶσσαν ὃς ἔξεπεμψεν παλαισμάτων

Αὐχένα καὶ σθένος ἀδικτον αἴθων ποὺν ἀλλω γυῖον ἐμπεσεῖν.

cum sententia admodum difficilis explicatu et si qua alia egregia interpretum crux sit, tantisper sufficiat Hermanni quamvis a conjectura profecta tamen utcunque probabilis explicatio [opusc. III. p. 34.]. Poeta enim iurat, se nequaquam temere Sogenis laudes effudisse, idque, metaphora a iaculatione petita, sic profert: „Deiero, me non eorum in modum qui in iaculatione terminum praeceunt [*τέρμα προβαίνειν*], neque tamen ipsi certant, linguam tanquam iaculum vibrasse“.

Sunt praeterea, quae quamvis ad vitam quotidiam et vulgarem pertineant, noster tamen, qua erat eligendi peritia et iudicandi facultate, non prorsus aliena a sua sublimitate iudicavit. Nam quidni elegantissime dictum,

quod de sepultura usurpat Nem. XI. 16. Γάν ἐπιέννυσθαι? quod porro de Antilocho cui patris salus vita constiterit: Pyth. VI. 39. Πρίατο θανάτοιο κομιδὰν πατρὸς? Itemque Pyth. IV. 141. Ὑψαίνω ὅλβον. ib. 140. Τραχεῖαν ἔρπειν πρὸς ἐπίβδαν. ib. 130. Λρέπειν εὐζωᾶς ἄωτον. Pyth. I. 49. τιμὰν δρέπειν. VI. 48. ἥβαν δρέπων. coll. Frigm. Scol. 1. v. 7. et 2. v. 1. Praecipue consuevit verbis, quae significationem miscendi habent, sensu translato pro „participem fieri“ uti. Olymp. XI. 104. Ωρα κεκραμένον. Nem. VI. 56. Θάμβει μιχθεῖς. Pyth. V. 18. Γέρας μιγνύμενον φρενί. Nem. XI. 36. Pyth. IV. 212. X. 41. Olymp. I. 91. Isth. VI. 25.

Talia siquidem omnino praecipua metaphorarum vis in eo est posita, ut quae a sensuum perceptione remota sunt, nec nisi mentibus comprehendenda, ea induantur specie quadam definita fiantque rebus sub sensu cadentibus quam simillima, quo significantius et evidentius cui rei destinata sunt eam exprimunt, tanto commendatoria et aptiora poetae viderentur necesse fuit; praebetque etiam ad quam iam delapsi sumus tertia classis, quae tralationes ab aedibus et instrumentis petitas continet, exquisitas quasdam et cuivis nimirum placituras istiusmodi imagines; quales sunt Pyth. IV. 219. Μάστιξ πειθοῦς. XI. 39. Κλαῖδες πειθοῦς. VIII. 4. Βονλᾶν καὶ πολέμων κλαῖδας. Fgm. inc. 136. Τόξα ἀμπέλου. Frigm. inc. 21. curae dicuntur tanquam vincula pectus constringere: σχοινίον μεριμνῶν. et similiter Frigm. Thren. 3. v. 3. ζεύγλαι ἀφύκτοι κακῶν. Scol. 3. Ἀοιδὰ γλυκερὸν κυλίκεσσιν κέντρον. Pyth. I. 48. Τιμὰ πλούτον στεγάνωμα.

Vocabulum *κοηπίς* cum proprie significet aedium fundamenta transfertur ad cuiusvis rei initia velut hymnorum prooemia, quae pro fundamento sunt, in quo reliqua struantur, unde audiunt: Pyth. VII. 3. Κοηπίς ἀοιδᾶν. Frigm. inc. 103. coll. Pyth. IV. 138. — Fundamenta libertatis Graecorum ab Atheniensibus pugnâ Salaminiâ iacta esse testatur Fg. inc. 93. Ὁδι παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαενῶν κοηπῖδ' ἐλευθερίας.

Satis deinde audaci tralatione quae personae aliquo munere vel officio illustri funguntur, quorum instrumentorum in simili quadam ratione usus versatur, eorum non minibus nuncupantur, velut Aeneas nuntius, Agesiae Syracusano hymnum afferens, audit Olymp. VI. 91. Ἡγόμων σκυτάλα Μοισᾶν. et ibid. Γλυκὺς κορητὴ ἀγαθέγκτων ἀοιδῶν.; alipta autem cum adolescentium vires et animos acuat Isth. V. 73. Αχόνα ἀθληταῖσιν.

Viri fortitudine et prudentia de patria egregie meriti cum columnis comparantur quae aedificia quominus corruant, sustentant. Olymp. II. 6. Θήρωνα — ἔρεισμα Αχράγαντος. ibid 82. Ἐκτορα Τρώας κίονα.

Denique a vestibus vocabulum πτυχαι translatum Pindaro significat. montium convallis et recessus. Pyth. VI. 18. Κρισσαίαισιν ἐν πτυχαις. Pyth. IX. 15. Nem. II. 21.

Pertexta igitur hac tela cum iam ad perorandum perventum sit, quod iam pridem suspicabar, fore ut haec nostra opella pro rei magnitudine et pondere admodum tenuis evaderet, nunc dum oculos per has plagulas retro fero certo quidem scio, prorsus tamen nescio, unde aliquid excusationis vel commendationis mihi expetam. Ut autem illud simul me stimulabat et consolabatur, quod iubet quae bene vel optime non possis ea saltum ut optime possis facere, ita velim quae scripsi, ea vires quales sint magis experturus, quam ostensurus scripsisse videri, et meum facio quod aliquo loco Pindarus dicit: Διάπειρά τοι βροτῶν ἔλεγχος.

CONSPECTUS.

Cap. I.	De Pindari genere dicendi	p. 1 — 21.
	Pindari austeritas	- 1 — 3.
	Comparatio cum Simonide et Bacchylide . .	- 3 — 6.
	De orationis Pindaricae ornatu.	- 6 — 16.
	Sententiose dicta	- 6 — 9.
	Metaphorae	- 9 — 12.
	Comparationes	- 13 — 14.
	Orationis ubertas	- 14 — 16.
	Conformatio enuntiationum	- 16 — 20.
	Collocatio verborum	- 20 — 21.
Cap. II.	De Pindarica syntaxi	- 21 — 38.
	Structurarum varietas; breviloquentiae;	
	zeugma	- 21 — 24.
	Structura ad sensum	- 24 — 26.
	De casuum usu	- 26 — 34.
	Pronomina	- 34 — 35.
	Adjectiva	- 35 — 36.
	Verbum	- 36 — 37.
	Particularum usus	- 37 — 38.
Cap. III.	De Pindari metaphoris et loquendi formulis	- 39 — 57.
	Metaphorae et loquendi formulae ab ipso	
	carminis argumento originem ducentes . .	- 39 — 47.
	Metaphorae extrinsecus petitae,	
	E rerum natura	- 47 — 51.
	Ab hominum persona, vitae insti-	
	tutis et instrumentis	- 51 — 57.

V I T A.

Ego Eduardus Lübbert natus sum a. h. s. **XXX.** Zweybrodti, praedio prope Vratislaviam, patre Eduardo, ejus praedii possessore, matre Maria, e gente Oelsner, quibus laetor superstitibus. Usque ad aetatis annum **XIV.** domi educatus prima litterarum elementa accepi a viro optimo et probatissimo Kretzschmaro tum theologiae candidato nunc verbi divini ministro apud Bunzlavienses. Dein gymnasio Fridericiano, quod Vratislaviae auspiciis V. cel. Wimmeri floret, traditus magistros habui Vv. ill. Wimmerum, Kunischium, Tobischium, Langium. Post biennum examine rite superato ad Universitatem Vratislavensem accessi studiis philologiae et philosophiae operam daturus. Itaque audivi scholas Vv. ill. Branissii, Haasii, Elvenichii, Kahlerti per semestre spatium. Exinde Berlinum petii, ubi Vv. cell. Boeckhii, Lachmanni, Ranckii Gableri, Trendelenburgii, Hertzii scholis per duos et dimidiatum annos interfui. Vere autem anni h. s. **L.** in Universitatem Rhenanam me contuli studiaque continuavi magistros secutus Vv. ill. Ritschelium, Welckerum, Ber-

naysium. Inde post anni spatium Halas Saxonum commigravi, ubi scholis Vv. ill. Bernhardyi, Meyeri, Leo usus et a V. cel. Bernhardyo benignissime seminarii philologici exercitationum particeps factus sum cum summa mea utilitate et fructu.

Hic viris omnibus, qui comiter et benevole studia mea rexerunt et sustentarunt non possum quin in omne tempus gratissimum me profitear.

THESES CONTROVERSAE.

I.

Zenodotus Homeri et cyclicorum poetarum carmina in unum corpus collegit a Proclo in chrestomathia cyclo epicis nomine nuncupatum.

II.

In Pindari carm. Nem. VI. stropharum et antistropharum vv. 6. et. 7. sic videntur constituendi:

στ. α'.

καίπερ ἐφεμερίαν οὐκ εἰδότες οὐδὲ μετὰ νύκτας

ἄμμε πότμος ἀντιν⁹ ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν.

ἀντ. α'.

παῖς ἐναγώνιος, ὃς ταύταν μεθέπων λιόθεν αἴσαν

νῦν πέφαντ⁹ οὐκ ἄμμοδος ἀμφὶ πάλᾳ κυναγέτας.

στ. β'.

ὦτ⁹ ἀπὸ τόξου ἰείς· εὔθυν⁹ ἐπὶ τοῦτον ἐπέων σῶν

Μοῖσ⁹, ἦγ⁹, οὖρον· εὐζλέ⁹ ἀποιχομένων γὰρ ἀνέρων

ἀντ. β'.

χεῖρας ἴμάντι δεθεὶς Πνθῶνι κράτησεν ἀπὸ ταύτας

αἷμα πάτρας χονσοθρόνου ποτὲ Καλλίας ἀδών



στ. γ'.

*Μέμνονος οὐκ ἀπονοστάσαντος ἐπῆλτο· βαρὺ δέ σφιν
ἄχθος ἔμπεσεν καταβὰς Ἀχιλεὺς ἀφ' ἀρμάτων
ἀντ. γ'.*

*Θυμὸν· ἐκόντι δ' ἐγὼ νώτῳ μεθέπων δίδυμον ἄχθος
ἄγγελος βᾶν πέμπτον ἐπ' εἴκοσι τοῦτο γαρύων*

III.

In Propert. Eleg. II. 6. nec sententiarum nexum lacunis turbatum nec codicum scripturam v. 35. „Sed non inmerito“ vitiosam esse censeo.

IV.

Quam ἀθέτησιν scholia Cantabr. ad Hesiod. Theog. v. 943. ed. Gaisf. afferunt, ea ex veterum Grammaticorum sententia cadit in vv. 947—955.

V.

Theocrit. Id. XIV. 38. corrigendus videtur: *τήνῳ τὰ
σὰ δάκρυα μᾶλα φέροντι.*

VI.

Sophoclis Oed. Rex Olymp. 87. 3. acta, sub Oedipi autem persona Pericles a poeta exagitatus est.

LIBRARY OF CONGRESS



0 006 662 986 7